

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae Super Ezechielem

Gregor <I., Papst>

[Basel], 1496

Liber I

[urn:nbn:de:bsz:31-333313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333313)

Prephatio beati Gregorij pa-
pe in Omelias super Ezechielē
propheta feliciter incipit.

Alcissimo fratri Mariano
episcopo: Gregorij episco-
pus: seruus seruoꝝ dei:
omelias que in beato Eze-
chiele ppheta: vt corā po-
pulo loquebar: excepte sūt

multis curis irruētibus in abolitōe reli-
querā: sed post annos octo petētibus fra-
tribus notarioꝝ scedulas req̄rere studui:
easq; fauente dño transcurrens inquantū
ab angustijs tribulationū licuit: emenda-
ui. Tua itaq; dilector: has sibi ad legen-
dū mitti poposcerat. Sed valde incōgruū
credidi vt aquā despicabilē hauriret: quē
cōstat de beatorū patris Ambrosij atq; au-
gustini torrētibus profunda ac perspicua
fluenta assidue bibere. Sed rursū dū co-
gito qđ sepe inter quotidianas delicias:
etiā viliores cibi suauiter sapiūt: transiit
si minima legēti potiora: vt dū cibus gros-
sior velut pro fastidio sumit: ad subtilio-
res epulas audius redeat.

Explicit prephatio:

Expositio beati Gregorij pa-
pe in Omelias super Ezechielē
propheta feliciter incipit.

Omelia I

Et omnipotētis aspira-
tōe de Ezechiele pro-
pheta locuturus prius
debeo tempa & modos
aperire pphetic: vt dū
accessus eius ostendit:
virtus melius cogno-

scat. Prophecie tempa tria sunt: scilicet:
Preteritū presens & futurū. Sed sciendū
est qđ in duobus tēpibus propheta et hy-
mologā perdit: quia cū propheta dicta
sūde o qđ futura predicat: quādo de pre-

terito vel presenti loquit: rationē sui no-
minis amittit. Quontā non prodit quod
uenturū est: sed vel ea memorat que trās-
acta sunt: vel ea que sunt. Que tamē tria
pphete tempora verius loquimur: si ex
sacre scripture testimonijs ostendamus.
Prophecia de futuro est. Ecce virgo in
vtero accipiet & pariet filiū. Esaie. 7. ca.
Prophecia de preterito est. In principio
creauit deus celū & terrā. Gen. 1. De illo
em̄ tempore dixit homo: quo nō erat ho-
mo. Prophecia de presenti est: quādo dicit
Paulus apostolus. Si autē omnes pphete
intrat autē quis infidelis vel idio-
ta cōuincit ab omnibus iudicatur: ab om-
nibus occulta cordis eius manifesta sūt.
Et ita cadens in faciē: adorabit dominū:
pronūcians quod vere deus in vobis sit.
1. Corinth. 14. Cū igit dicit: occulta cor-
dis eius manifesta sūt: profecto monstra-
tur: quia per hūc modū prophete spiritus
nō predicat quod futurū est: sed ostendit
quod est. Quo autē pacto pphete dicat
spiritus: qui nihil futurū indicat: sed pre-
sens narrat? Qua in re animaduertendū
est qđ recte prophete dicit: nō quia pre-
dicat ventura: sed quia pdit occulta. Nē
quippe quālibet sicut ab oculis nostris in
futuro subtrahūt tempora: ita ab oculis
nostris in presenti subtrahit causa. Ventu-
ra etē res occultat in futuro tempore: pre-
sens aut cogitatio abscondit in latēte cor-
de. Est etiā prophete presens cū res que
libet nō per animū: sed per absentē locū te-
git: que tamen per spiritū denudatur. Et
ibi fit presens pphetantis animus: vbi per
presentiā nō est corpus. Nam gizezi longe
a ppheta recesserat: cū Naaman syri mu-
nera percipiebat. Cui tamen isdem pro-
pheta dicit:

B Nonne cor meū in presenti
erat: quādo reuersus est homo
de curru suo in occursum tibi?

Sciendū quoq; est: quia pphete tem-
pora inuicē sibi concinūt ad probationē:
vt aliquādo ex futuris preterita: aliquādo

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

do vero ex preteritis probent futura. **Di-**
xerat enim moyses: **In principio creauit de-**
us celum et terram. **Gen. 1.** Sed quis crede-
ret quia verum de preterito diceret: si de fu-
turo etiam aliquid non dixisset. **In ipius ete-**
nim libri fine in cuius exordio illa de prete-
rito dixerat: aliquid prophesie per iacob
uocem de venturis permisit dicens: Non
feret scapulum de iuda: et dux de femoribus
eius: donec uentat qui mittendus est: et ipse
erit expectatio gentium. **Gen. 49.** Qui eti-
am per semetipsum eundem qui mittendus
erat: ei quem dicebat populo prophetauit di-
cens: **Propheta suscitabit dominus deus ue-**
ster: de fratribus uestris tanquam meipsum audies-
tis. Erit autem quicumque non audierit: pro-
phetam illum exterminabit de populo. **Deutro-**
18. **Cur ergo preteritis uentura permisit:**
nisi ut dum implerentur: ea que de futuro pre-
diceret: ostenderet etiam: quia de prete-
rito uera dixisset? Quia itaque docuimus
qualiter ex futuro prophetie probent pre-
terita: restat nunc ut adhuc de sacris elo-
quijs ostendam: quomodo in ipso pro-
phetie spiritu ex preteritis probentur futura.
Certe rex babilonicus cum somnium uidis-
set: misit ad magos et ariolos: omnesque sa-
pietes babilonie conuocauit: nec ab eis so-
limumodo interpretationem somnii: sed etiam
somnium quesuit: ut nimirum ex preterito col-
legeret: si quid in eorum responsionibus de ue-
turo certum teneret. Qui cum dicere nulla
potuissent: daniel deducens ad medium est
qui de interpretatione somnii et de narratio-
ne requisitus: non solum hoc respondit quod
interrogatus est: sed ipsam somnii originem
replacuit dicens: Tu rex cepisti cogitare
in stratu tuo quid esset futurum post hec?
Dan. 2. **Et paulo post. Tu rex uidebas:**
et ecce quasi statua grandis etc. Cuius uide-
licet somnii mox ut ordinem dixit: quicquid
ex eodem uenturum sequeretur aperuit. Pen-
semus ergo ordinem prophetie. Et cogita-
tionibus uenit ad somnium: a somnio perue-
nit ad futura. Qui ergo ipsam ut ita dicam
radicem somnii protulit: profecto ex preteritis
probauit: quod uera essent que de futuris

diceret. **Prophetia autem presentis tem-**
poris nec preteriti attestatio indiget: nec
futura: quia cum res occulta per prophetie
uerba detegitur: ueritate illius res ipsa que
ostendit attestat. Ergo: quia de temporibus
prophetie tractauimus: restat: ut de
modis eius ac qualitatibus aliqua dissera-
mus. Spiritus quippe prophetie: nec sem-
per: nec eodem modo prophete animum tan-
git. Aliquando enim spiritus prophetie ex
presenti tangit animum prophetantis: et ex
futuro nequaquam tangit. Aliquando ex futu-
ro tangit: et ex presenti non tangit. Aliqua-
do uero ex presenti et ex futuro tangit. Ali-
quando autem tangit ex preterito: et ex
futuro pariter animus prophetantis tangit-
tur. Aliquando tangit ex preterito: prophetie
spiritus: nec tangit ex futuro. Aliquando
autem tangit ex futuro: nec tangit ex preter-
ito. Aliquando uero in presenti ex parte tan-
git: et ex parte non tangit. Aliquando in fu-
turo ex parte tangit: et ex parte non tangit.
Sed hec ipsa si possumus eo ordine quo pre-
missa sunt: sacre scripture testimonijs ostē-
damus. Ex presenti enim prophetie spiritus
prophetantis animum tangit: atque ex futuro
non tangit. Sicut iohannes baptista uenie-
tem dominum uidentem ait: Ecce agnus dei:
ecce qui tollit peccata mundi. Iohannis. 1.
Sed cum iam moriturus esset: misit disci-
pulis requirebat dicens: Tu es qui uentu-
rus es: an alium expectamus? Mathei. 11.
In quibus uerbis ostendit: quia in terris
quidem uenisse redemptorem nouerat. Sed
an per semetipsum ad aperienda inferni clau-
stra descenderet dubitabat. Ex presenti enim
prophetie spiritu tactus fuerat: qui huma-
nitate mediatoris uidentem et diuinitate ei-
us intelligens: confitebatur agnum: qui peccatum
mundi tolleret: sed tactus ex futuro non fue-
rat: quia aduentum illius in infernum nescie-
bat. Aliquando uero prophetie spiritus ani-
mi prophetantis ex futuro tangit: atque ex
presenti non tangit. Sicut aperte liber ge-
neseos historia testatur. Cum Isaac filium su-
um Esau ad uenandum misit: cui minoris fi-
lium ad benedicendum rebecca supposuit: qui

bednis pellibus indutus: paterno palpa
tui corpus fraternū finxit Cui ille minori
filio tanq̄ maiori bñdictionē dedit: que
q̄ ei lōge futura essent nūciavit: Gen. 27
sed scire nō potuit q̄s esset qui corā se assi
steret. Prophecie ergo spūs ex futuro p
phetātis animū tetigit: atq̄ ex pñti nō te
tigit: q̄n caligātibus oculis pater et vētu
ra p̄dicebat: et p̄sentē filiū nesciebat. Ali
q̄n pphetātis aim ex pñti pariter: et ex fu
turo tāgit: q̄d exodē libro geneleos lliqui
do docemur. In illo q̄ppe scriptū est Gen
48. q̄ cū vite iam termino p̄pinquaret:
Jacob et duos filios suos Joseph fecisset
assūtere ante eū: ut ex bñdictionē illi⁹ pos
sent longe post futura p̄mereri. Cui ma
lorē ad dexterā: minore vero posuit ad si
nistā. Cūq̄ ille oculis senectute caligāt
b⁹ nepotes suos q̄s prior quisue esset mi
nor: hūano visu discernere nequaq̄ possz
ductis in obliquū b̄achijs: dexterā manū
minori: sinistrā maiori posuit: q̄d dū corri
gere filius vellet: ait: Non ita puenit pa
ter: q̄ hic est p̄rogenit⁹. Audiuit. Scio
filii misericordie: et iste quidē erit in populos: et
multiplicabit. Sed frater eius iunior: ma
lor illo erit. Prophecie ergo spūs ex pñti
pariter ex futuro pphetantis aim tetigit
dū Jacob et ventura nūciabat: et eos quos
corpels oculis videre nō poterat: ante se
positos per spiritū discernere. Sic achie
p̄phete aim p̄pheteie spūs: et ex pñti atq̄
ex futuro tetigerat: cū caligātibus oculis
eā que se esse aliā simulabat: et vxorē Jero
boā esse cognouit: et quicq̄d ei futurū esset
aperuit dicēs: Ingredere vxor: Jeroboā:
quare aliā esse te simulat: ego aut missus
sum ad te durus nūcius. Vade et dic iero
boā: hec dicit dñs deus israel. Quia ope
ratus es male sup oēs qui fuerūt ante te:
et fecisti tibi deos alienos et cōstiles: ut
me ad iracundiā p̄nocares: me aut pieci
si post corpus tuū: iccirco ego inducā ma
la sup domū Jeroboā. 3. Regū. 14. Ex
p̄senti ergo atq̄ ex futuro pariter pphetā
tis anim⁹ tactus fuerat: qui et ingredientē
deprehēdere potuit: et ei vētura nūciare.

Aliquādo autē ex preteritō et ex p̄senti: at
q̄ ex futuro pariter animus tangit p̄ph
tantis. Sicut ely zabeth ad se venire Ma
riā conspiciēs: q̄ incarnatū verbū gesta
ret in vtero agnouit: eāq̄ iam matrē dñi
sui vocauit dicēs: Unde hoc mihi: ut ve
niat mater dñi mei ad me? Luc. 1. De cu
ius p̄ceptiōe per angelū quoq̄ ad ioseph
dicit: Quod em̄ in ea natū est: de sp̄s san
cto est. Marb. 1. Que videlz ely zabeth
dicit: Beata que credidisti: q̄m perficien
tur in te ea que dicta sunt tibi a dño. Lu
ce. 1. Dicēs em̄ beata que credidisti: aper
te indicat: quia verba angeli que dicta ad
Mariā fuerāt: per sp̄s sanctū agnouit atq̄
q̄ subliūgens. Perficient ea que dicta sūt
tibi a dño: que etiā eam in futuro sequerē
tur p̄uident. Simul ergo de p̄terito et pre
senti atq̄ ex futuro per p̄pheteie spiritū ta
cta est: que et eā p̄missionibus angeli crea
didisse cognouit. Et matrē noiāns: q̄ res
deuip̄tozē humani generis in vtero porta
ret intellexit. Et cū oia perficiēda predi
ceret: quid etiā de futuro sequerē: aspe
xit. Aliquādo vero p̄pheteie spūs ex pre
terito tangit animū: nec tamē tangit ex fu
turo. Sicut in paulo ap̄lo aperte ostendi
tur: qui discipulis dicit: Notū vobis fa
clo fratres euangelizū q̄d euangelizatū est
a me: q̄ non est fm homies: neq̄ ego ab
homie accepi illud: neq̄ didici: sed per re
uelationē iesu xp̄i. Gal. 1. Unde alijs q̄z
discipulis dicit: Scdm reuelationē notū
factū est mihi sacramentū. Ephe. 3. Qui
tamē hoc ip̄m euangelizū q̄d per reuelatio
nē cognouerat: cū hierosolymā p̄dicatur⁹
ascēderet: ait: Ecce ego alligat⁹ spū vado
in hierusalē: que in ea ventura sunt mihi:
ignozās. Act. 20. Hoc q̄ppe q̄ euangelizū
sacramentū est: q̄ vnigenit⁹ patris incar
natus atq̄ perfectus homo factus est: qui
crucifixus: mortuus: et sepult⁹: die tertia
resurrexit: die quoq̄ quadragesima ascen
dit in celum: atq̄ in dextera patris seder.
Qui ergo per reuelationē euangelizū co
gnouit: p̄pheteie spiritu de p̄terito tactus
est. Sed q̄ quid p̄ eodē euangelio passus
est.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

rus esset: ignorabat: De futuro proculdu-
bio tactus non est. Nam et sic dicit: **Missi**
quod spiritus sanctus per omnes ciuitates p-
testat michi dicens: Quonia vincula et tri-
bulatiões me manent in hierusalē. Act. 20.
Aperte ostendit: quia ea que ipsi futu-
ra essent: alijs de ipso reuelata erant: non
autem ipse de se: sicut de illo per agabū vl-
cif: virum cuius est zona hec: ita alligari
oportet in iherusalem. Act. 21. Aliquādo au-
tem prophete spiritus tangit ex futuro:
nec tangit ex preterito: sicut in helysei fa-
cto scriptū est. Quia cū vnus ex filijs p-
phetarū materē succideret: huic ferrū se-
curis in aquā cecidit: quod exclamauit. **Deu**
heu domine mi: et hoc ipm mutuo accepe-
ram. Dixit autē homo dei: **Ubi cecidit?**
At ille monstrauit ei locū. **Precedit** ergo
lignū et misit illuc: natauitque ferrum. 4.
Reg. 5. In quo videlicet pphete facto
cognoscit: quia qui requirit vbi ceciderat
quid esset facturū nouerat. Sed tamen
cum requirit cōstat: quia vbi ferrū cecidit
set: ignorabat. **Prophete** ergo spiritus
helysei mentē ex futuro tetigerat: sed ex
preterito nō tangebatur: qui et ferrū ex pro-
fundis dimersum: quia reuocaturus esset
ad superficiē scire potuit: sed vbi cecide-
rat omnino non scuit. Aliquādo vero pro-
phete spiritus in presenti tangit ex parte:
et ex parte nō tangit: quod Petri aposto-
li hystoria testat. Cum missi ad eū a cor-
neho milites: ei sunt per spiritū nunciati.
Scriptū quippe est: et dixit spiritus ei: **Le-**
ce viri tres querūt te: Ad quos ille descē-
dit: et requirens dixit: **Que causa est pro-**
pter quā venistis? Act. 10. In cui⁹ ver-
bis ostendit: quia eandē causam per spiri-
tū non audierat: quā a militibus requires-
bat. In presenti ergo mentē petri spirit⁹:
et ex parte tetigerat: et ex parte nō tetige-
rat. Qui et ad esse milites dixit: et p qua
causa venerāt: tacuit. Aliquādo vero spi-
ritus prophete in futuro ex parte tangit:
et ex parte nō tangit: sicut prophetarū fi-
lij de auferēdo helyam: ad helysē dicit
Anquid nosti: quia hodie dominus tol-

let dominū tuū a te? 4. Reg. 2. Quo ta-
men ablato sese per diuersa dispergunt:
eumque in rupibus et valli bus quēruūt. In
futuro ergo eorū mentē prophete spirit⁹
et ex parte tetigerat: et ex parte nō tange-
bat: quādo eum quē tollendū nouerat:
non inueniendū querebant. Ex parte ita-
que tacti sunt: atque ex parte nō tacti: qui et
sciebāt quod tolli posset: et nesciebant quō
inueniri nō posset. **Isdem** quoque helysei-
us per prophete spiritū de futuro ex par-
te tactus est: et ex parte nō tactus: cum re-
gi diceret israel. **Per**cutē iaculo terrā: et
cum percussisset tribus vicib⁹ et stetit:
iratus est cōtra eum vir dei: et ait: **Si** per-
cussisses quinquies: aut sexies: siue septies
es percussisses syriā vsque ad consumptio-
nem. **Nūc** autem tribus vicibus percussit
es eam. 4. Reg. 13. **Qui** itaque nouerat
quia toties percuteret syriam: quotiens
percussisset terrā. Sed cū ei diceret: per-
cute terrā: quotiens eam percussurus esset
ignorabat. **Quippe** quia et indignat⁹ est
terrā tercio fuisse percussam profecto con-
stat: quia de futuro ex parte tactus fuerat
et ex parte nō tactus: qui syriam percūti
predixit: sed terram percūti amplius voluit.
Sic samuel cū ad vngendū dauid a
domino mitteret: respondit: **Quomodo**
vadam: audiet esū saul et interficiet me? 1.
Reg. 16. **Qui** et dauid vixit: nec tamen
a saule occisus est. Ex parte ergo de
futuro tactus pphete anim⁹ fuerat: et ex
parte nō tactus: qui et vngendū dauid in
regno nouerat: et quia a saule nō esset occi-
dendus ignorabat. **Sciendū** quoque est
quod prophete quidā e proximo tangunt: at-
que e longinquo minime tangunt. **Alij** vero
e longinquo tangunt: et non tangunt
e proximo. **Alij** autē et e longinquo et e p-
ximo prophete spiritu tanguntur. **Nam**
quidā tangunt e proximo: et nō a longin-
quo. **Sicut** samuel perisse asinas nouerat
easque inuētas esse nūciabat. 1. Reg. 10.
Saul regē esse futurū predicat. 1. Reg. 9.
Dauid quoque: quia in eius regno succede-
ret nūciat. 1. Reg. 15. **Sed** quia pater

regis eterni futurus sit: nō predicat. Quid
dam vero tangunt e longinquo: et nō tan-
gunt e proximo. Sicut idem dauid inear-
nandū dei vnigenitū nouerat de iudea di-
cens: Homo factus est in ea: et ipse funda-
uit eam altissimus. ps. 86. Atq; hūc ad
celos ascensurū: et ad patris dexterā sessu-
rum intelligit dicēs: Dixit dominus vo-
mino meo: sede a dextris meis. ps. 109.
Et tamen multa e vicino que acta sunt:
minime preuidit. Et enim pauca de mul-
tis loquar. Seruū miphibofeth sibi am cō-
tra dominū suū mentientē non intellexit.
2. Regū. 16. et amase promittit dicens:
Hec faciat mihi dominus: et hec addat si
nō magister militie fueris contra me omni
tempore pro ioab. 2. Regū. 19. uidelicet
quid sequeret ignozans: quia amasa isdē
non solū principatū militie pro ioab nō su-
scipere: sed etiā per ioab post paululū vi-
tam finiret. Et cū templū deo construere
uoluit: quid e vicino sequeret nesciēs: p-
phetā alterū requisit. Quidā uero et e
longinquo: et e proximo tangunt. Sicut
Esaias longe post futura preñiciat dicēs
Ecce uirgo concipiet et pariet filiū: et uoca-
bitur nomen eius emanuel. Esai. 7. De
quo rursus ait: paruulus natus est nobis:
et filius uatus est nobis: et factus est
principat⁹ eius super humerū eius: et uo-
cabit nomen eius admirabilis cōsiliari⁹.
deus fortis: pater futuri seculi: princeps
pacis: multiplicabit imperiū eius: et pa-
cis non erit finis. Esai. 9. Qui etiā de
ezechia rege ppheticē spiritu tacus e vi-
cino: quia de infirmitate sua surgeret pre-
dixit: et quot annis post infirmitatē suam
uiveret: nō tacuit. Esai. 38. Aliquā-
do etiā ppheticē spūs prophetis deest: nec
semper eorū mentibus presto est: quaten⁹
cum hūc non habent: se hunc agnoscant
ex dono habere cū habent. Unde helyse-
us cum sentez sunamitē mullerē a suis
pedibus per giezī puerum auelli prohibi-
beret: dixit: Dimitte illam: anima enim
eius in amaritudine est: et dominus ceta-
uit a me: et non indicauit mihi. 4. Regū

4. Sic quoq; cum eum iosaphat de futu-
ris requireret: et prophecie ei spiritus de-
esset: psaltem fecit applicari: ut prophecie
ad hūc spiritus per laudem psalmodie de-
scenderet: atq; eius animū de venturis re-
pleret. Atq; etenim psalmodie cum per in-
tentionē cordis agitur: per hanc omnipo-
tenti deo domino ad cor iter paratur: ut in-
tente menti: uel prophecie mysteria: uel
compunctiōis gratiam infundat. Unde
scriptum est. Sacrificium laudis honozia-
ficabit me: et illic iter est quo ostendam il-
li salutare dei. ps. 49. Quod enim lati-
ne salutare: hoc hebratice Iesus dicitur.
In sacrificio laudis igitur sit Ihesu iter
ostensiois: quia dum per psalmodiam cō-
punctio effunditur: uia nobis in corde sit
per quam ad Iesum in fine peruenit. Sic
cut et ipse de sua ostensione loquitur: di-
cens: Qui diligit me: diligetur a patre
meo: et ego diligam eum: et manifestabo
ei meipm. Johānis. 14. Hinc quoq; seri-
ptum est. Cantate domino: psalmū. dicit
te nomen eius: iter facite ei: qui ascendit
super occasum: domini nomen est ei. ps.
47. Ipse etenim super occasum ascendit:
qui mortem resurgendo calcauit. Qui dū
cantamus: iter faciamus: ut ad nostrum
cor ueniat: et sui nos amoris gratia accen-
dat. Quia autem prophetis spiritus nō
semper adest. Etiam uir dei indicat: qui
contra samariam missus: mala que ei erāt
uentura nūciauit. 3. Regū. 13. qui tamen
phibitus a domino in uia comedere pro-
phete falsi persuasionē deceptus est: quē
fallax sermo nō deciperet: si ppheticē spi-
ritū presentem habuisset. Sciendū quoq;
est: q; aliquādo pphete sancti dum consu-
lunt ex magno usu pphetandi: quedā ex
suo spiritu proferunt: et se hec ex ppheticē
spiritu dicere suspicant. Sed q; sancti sūt
per spiritū sanctū citius correcti: ab eo que
vera sūt audiūt: et se miti pōs q; falsa dix-
erint reprehendūt. Hathan etenim pphetā
sanctū uirū fuisse quis nesciāt: qui dauid
regē de culpa aperte rēphendit: et que ei
pro culpa eadē essent uentura: nūciauit:

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

quem tamen dñi idem dauid quia templū deo vellet p̄struere: requisisset ilico respōdit dicens: Omne qđ est in corde tuo vade ⁊ fac: quia dñs tecū est. 2. Regū. 7. De q̄ illic statī subdit. Factū est autē in nocte illa: ⁊ ecce sermo dñi ad Nathān dicens: Vade ⁊ loquere ad seruū meū dauid. Hec dicit dñs de⁹: Nunquā tu edificabis mihi domū ad inhabitandū? Neq̄ em̄. bitaui in domo ex die qua eduxi filios israhel de terra egypti: vsq̄ in diē hanc. Et paulo post. Cū impleti fuerint dies tui: ⁊ dormieris cū patribus tuis: suscitabo post te semen tuū quod egrediet̄ de utero tuo: ⁊ firmabo regnū eius: ipse edificabit nomini meo domū. Ecce nathan p̄pheta qui p̄rius regi dixerat: Vade ⁊ fac: ipse postmodū p̄pheticē spiritu edoctus hoc fieri nō posse denūciās: ⁊ regis cōsilijs ⁊ suis sermonibus cōtradixit: quia qđ ex suo spiritu dixerat: falsum fuisse rep̄ndit. Quia in re inter p̄phetas veros ac falsos ista videntia est: quia p̄phete veri si quid aliquidā p̄ suū spiritū dicūt: hec ab auditorū mentibus per spiritū sanctū eruditi citius corrigūt. P̄phete autē falsi: ⁊ falsa denūciant: ⁊ alieni a spiritū sancto in sua falsitate perdurāt. **D** Consideratis igit̄ p̄pheticē temporibus ⁊ modis intueri libet qualiter omnipotens deus ad profectū hominū ire sue moderantiā dispensat. Israēliticus quippe popul⁹ conditori suo deliquerat: ⁊ ideo regi babilonio in captiuitate seruiebat: cū quo tamē Ezechiel p̄pheta in captiuitate mittit̄. Ezechiel. 3. quē diuina gr̄a ita sibi placabilē fecerat: vt per eū ventura queq̄ predicaret: ⁊ afflicti populi mentē consolari dignaret̄. Considerem⁹ ergo si possumus quāta est dispensatio pietatis sup̄ne: quia sic iratus est populo suo dñs: vt tamen nō omnimodo irasceret̄. Nā si iratus nō esset: in captiuitatē populū minime tradidisset. Et si omnino iratus esset: electos suos in captiuitatem cū illo nō mitteret. Sed agit hec diuina misericordiā: vt ex vna eadēq̄ re ex qua carnalibus dat̄ flagellū: ex ea spirita-

libus: virtutis prestet incrementū. Cūq̄ illos per tribulationē purgat: istos ex societate tribulantū ad maiora promerēda excitat. Et sic iniustus irascit̄: vt tamē eorū corda per iustoz̄ consortiū consolet̄: ne si omni modo deserat: nullus post culpas ad veniā redeat: tenendo igit̄ repellit: et repellendo tenet: quādo cum his quos diiudicat: simul in tribulationē mittit quos amat. Quis ista tāte pietatis viscera pensare sufficiat: qđ ⁊ culpas populi domin⁹ sine vindicta nō deserit: ⁊ tamē delinquentem populū a se funditus nō repellit. Sic cū Moyses ad repromissōis terrā exploratores duodecim misisset. Numeri. 13. ⁊ 14. ex quibus cū decem postmodū desperationē populo facerēt: isdem populus in ira murmuratiōis accēsus seductū se a domino esse cōquestus est: vt eius cadavera laceret̄ in deserto. Cui omnipotens deus iratus dixit: qđ nullus eoz̄ in terrā repromissionis intraret. Quo terrore cōpuncti prauē se egisse cognouerūt: sese in lachrymis affixerūt: ⁊ accincti armis protinus ceperūt contra hostes ascendere: vt in repromissōis terrā post lachrymas intrare potuissent. Quibus per Moysen dominus ait: Nolite ascendere neq̄ pugnetis non em̄. suz̄ vobiscū ne cadatis corā inimicis vestris. Numeri. 14. Quia in re pentandū est: si cū ipsis non erat: cur eos ne caderent ascendere prohibebat. Si autē cū ipsis erat: quid est quod ait: Non em̄. sum vobiscū. Sed mira dispensatiōe discipline ac misericordie: ⁊ cū ipsis erat: ⁊ cū ipsis nō erat. Cum ipsis nō erat vt vincerēt: sed tamen cū ipsis erat: ne ab hostibus perirēt. **D** in effabilia pietatis viscera: culpas insequit̄: ⁊ tamen peccātes p̄regit. Gratū se indicat: ⁊ tamen ab hostib⁹ defendit. Sic plerūq̄ paruulo filio delinquenti irascitur mater reprehēdit: increpat: ⁊ verberat. Sed si hūc in prece tre conspexerit: vbi in mortis periculū ruat: manu tendit ⁊ retinet: ⁊ que sic irata verberauerat: ac si nō diligeret: sic diligendo retinet: ac si irata nō verberasset. Hec in sola p̄fatiōe col-

loquētes: nauigij nostri quasi intra portū exercitiū fecimus: vt ad indaganda prophēcie mysteria veluti imensitate pelagi post vela pandamus. Quod tamē nō in nostra virtute psumimus: sed in eo qui in fantū linguas facit esse disertas: quia spiritus domini repleuit orbē terrarū: et hoc quod cōtinet oīa scientiā habet vocis. Omnipotēs enim deus sermo patris omnipotentis est: et qui de illo loquitur cōcupiscimus muti in illo nullo modo erimus. Dabit enim verba vtilia omnipotentis verbuz: quod pro nobis incarnatū viuit et regnat cū patre in vnitāte spūs sancti deus: per omnia secula seculorū Amen.

Explicit omelia. I.

Incipit Omelia. II. que interpretat primū capitulū a principio vsq; illā partem. Et quatuor facies vni.]

Sus prophēcie locutiōis est: vt prius personā: tempus: locūq; describat: et postmodū dicere mysteria prophēcie incipiat: quatenus ad veritatē solidius ostendēdam: ante hystorie radicē figat: et post fructus spiritus per signa et allegorias proferat. Ezechiel itaq; etatis sue tempus indicat dicens:

Et factum est in tricesimo anno: in quarto mense: in quinta mensis.]

Locū quoq; denunciāns adiungit. Quē sem in medio captiuorū iuxta flumiū chobarā aperti sunt celi et vidi vīsōes domini. Tempus etiā insinuat subdēs: In quinta mensis: ipse est annus quintus transmigrationis regis ioachim: Quia vt bene personā indicet: et iam gen⁹ narrat cum subdēt Et factū est verbū dñi ad Ezechiel filium Buzi: sacerdotē. Sed prima nobis questio oritur. Cur is qui nihil adhuc dixerat: ita exorsus est dicens: Et factū est in, trice-

simo anno. Et nāq; sermo cōiunctiōis est Et scimus: quia nō coniūgitur sermo sub sequēs nisi sermoni pcedenti: qui igitur nihil dixerat: cur dicit: Et factū est: cū non sit sermo: cui hoc quod incipit: subiungat? Quia in re itūndū est: quia sicut nos corporalia sic prophete sensus spiritalia aspiciūt: eiusq; et illa sunt p̄sentia que nostre ignorantie absentia vident. An sit vt in mente prophetarū ita conspecta sint exterioribus interiora: quaten⁹ simul vtraq; videat: simulq; in eis fiat: et intus verbū quod audiūt: et foras quod dicunt. Pater igitur causa cur qui nihil dixerat: inchoauit dicens: Et factū est in tricesimo anno: quia hoc verbū quod foras protulit: illi verbo quod intus audierat coniūxit: Continuuauit ergo verba que protulit visioni itimes: et iectro incipit dicens: Et factū est. Sublūxit enim hoc quod exterius loqui inchoat: ac si et illud foris sit: quod intus vidit. Hoc autē quod dicit: quia in tricesimo anno spiritū prophēcie acceperit: indicat nobis aliquid cōsiderandū: videlicet quia iuxta ratiōis vsurū doctrine sermo nō suppetit: nisi in etate pfecta. Unde et ipse dñs anno duodecimo etatis sue in medio doctoꝝ in templo sedēs: nō docens: sed interrogās voluit inueniri Luce. 2. Et enim non audeat homines in infirma etate p̄dicare: ille anno duodecimo etatis sue interrogare homines est dignatus in terra: quod per diuinitatē suā semper angelos docet in celo. Quia enim ipse est dei saplētia de ipso angeli videndo bñt hoc quod beatitudie eterna satiant. Quod Moyses quoq; sub allegorie mysterio admonet dicens: Non arabis in primogenito bouis. Deut. 15. Primogenitū enim bouis accipimus in infirma etate primi nostri tempis bonā operationē: in qua tamen arandū non est: quia cū prima sunt adolescentie vel iuētutis nostre tempora: nobis adhuc a predicatiōe cessandū est: vt vomer lingue nostre p̄cindere nō audeat terrā cordis assenti: quo ad usq; etiam infirmi sumus cōtinere nos intra nostris metip̄os debemus: ne dū tenera bona cū

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

citius ostendimus: amittamus. Quia et
 arduis plātata: si prius in terra radicata
 nō fuerint: manu tacta citius arēscūt. At
 si semel radicē fixerint: manus tangit et ta-
 men nil officit: venti impellūt: nec tamen
 impellentes ledūt. Et cōstructi parietes
 si impellant eruant: nisi a suo prius fue-
 rint humore siccati. Mens itaq; quousq;
 ab humore prauitatis sue: perfecte nō fue-
 rit exsiccata: aliene lingue manu tangi nō
 debet: ne priusq; plene percipiat: perdat
 soliditatē suam: ne impulsa ruat: ne velut
 arbutū sine radicibus dū plusq; tolerare
 valet: concutit arēscat. Ad exemplū ergo
 nō sunt ostendēda: nisi que vere firma sūt
 Prius etenim conualescere debet mēs no-
 stra: atq; ad vtilitatē proximorū postmo-
 dū demonstrari: cū iam nec per laudē ele-
 uata corruat: nec per vituperationē peus-
 sa cōrābescat. Nam et si tymotheo dicat.
 Recipe hec et doce: nemo adolescentiā
 tuā contempnat. 1. Timoth. 4. Sciēdū
 est q; in sacro eloq; nōnūq; adolescentia
 iuuēt' vocat. Nū scriptū est. Letare iuue-
 nis in adolescentia tua. Eccles. 11. Prophe-
 ta igit' vt ostendat cui' auctoritatis sit in
 predicatōe: etatis solide esse describit:
 tur: quatenus ei cū vita et spiritu oia que
 ad predicandū congruūt: cōcordare vide-
 ant'. Nec contra hec quempiā mouere de-
 bet: quod hieremias atq; daniel pphēcie
 spiritū pueri perceperūt. Hierem. 1. Dan.
 13. Quoniā miracula in exemplo opera-
 tiōis non sunt trahēda. Quisipotens enī
 deus et linguas infantū fecit disertas: et
 ex ore infantū atq; lactentiū perfecit lau-
 dem. ps. 8. Sed aliud est qd nos de do-
 ctrine vīu atq; disciplina dicimus: aliud
 quod de miraculo scim'. Nam vero si que-
 rit: vt in ipa quoq; etatis illius expressio-
 ne mysticū aliquid designet: absurdum
 non est qd propheta dominū que verbis
 denunciat: ipō quoq; etatis sue tempore
 ostendat. Anno tricesimo ezechieleis pro-
 phete celi aperti sunt: et vidit visiones do-
 mini iuxta fluuiū chobar. Quia: et quasi
 tricesimo etatis sue anno: dormi' ad flu-

uū iordanis venit. Ibi itaq; aperti sunt
 celi: quia spiritus in columba descendit:
 vox quoq; de celo sonuit dicens: Hic est
 filius meus dilectus: in quo mihi bene cō-
 placui. Matth. 17. Sed et ipa verba he-
 breā multū nobis ad mysteriū interpretā-
 dum valēt. Nam chobar interpretat gra-
 uitudo vel grauitas. Ezechiel fortitudo
 dei. Buzi despectus vel cōtemptus: cal-
 dei captiuātes: vel quasi demones. Ve-
 nit ergo Ezechiel iuxta fluuiū chobar: qz
 em chobar grauitudo vel grauitas dicitur:
 Quid per chobar fluuiū: nisi huma-
 nū genus congrue designat: quod ab or-
 tu defluit ad mortē: et graue sibi est ex pec-
 catis que et perpetrat et portat: quia sicut
 scriptū est. Iniquitas in talentū plūbis
 det. Zacha. 5. Omne em peccatū graue
 est: quia nō permittit animā ad sublimia
 leuari. Unde et per psalmistā dicit: Filij
 hoīm vsquequo graui corde. ps. 4. Scri-
 ptum vero de domino est: quia ipse est dei
 virtus et dei sapientia. 1. Corinthiorū. 1.
 Venit ergo ezechiel iuxta fluuiū cho-
 bar: quia fortitudo dei per incarnationis
 sue mysteriū propinquare dignata est pec-
 catorū suorū pondera portanti generi hu-
 mano qd ab ortu suo quotidie defluit ad
 mortē: sicut de illo et per psalmistā dicit:
 Et erit tanq; lignū quod plantatū est secus
 decursus aquarū. ps. 1. Juxta decursus
 quippe aquarū plantatus est: qz iuxta las-
 pus incarnatus est defluentū populorū.
 Ezechiele autē fortitudinē dei. Buzi ve-
 ro despectū interpretari dixim'. Sed eze-
 chiel filius est buzi: qz ex illo populo vni-
 gentus dei incarnari dignatus est: quem
 ppter culpā perfidie dñs despectit. Forti-
 tudo ergo dei ex contemptu vel despecto
 nascit: qz redemptor: noster humanitatē
 assumere ex populo perfido et contempti di-
 gnatus est. Venit ergo in terrā caldeorū.
 Caldei interpretant vt diximus captiuā-
 tes: vel quasi demones. Iniqui etenim qz
 et ipi iniquitates perpetrāt: et ad iniquita-
 tē alios persuadēdo trahūt: nimirū capti-
 uātes sunt: qui recte quoq; et quasi demo-

nes interpretant: qz hi qui et alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt: in semetipsis miseria demonum ad iniquitatem suscipiunt: quoniam demones per naturam non sunt. Venit ergo fortitudo dei in terra chaldeorum: quia inter eos unigenitus patris apparuit qui et in semetipsis ad peccatum deflexerat: et ad peccata alios captiuantes trahabant. Sed expositio sermo, nunc ad prophetam personam redeat.

Et facta est super eum ibi manus domini.]

Manus vel brachium domini filius dicitur: quia per ipsum omnia facta sunt. De quo etiam psalmista ait: Fiat manus tua ut saluum me faciat. ps. 118. Manus quippe dei que per diuinitatem non est facta: sed genita: per humanitatem facta est: ut humani generis vulnera sanaret. Ibi ergo propheta incarnationem unigeniti agnouit: ubi super se manus domini factam vidit. Quod hoc hic subdit. [Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Cap. 1. Intuendum nobis est qui sit in propheta verbis ordo locutionis. Qui enim superius de seipso dixerat: Aperti sunt celi et vidi visiones domini.] Postea tanquam si de alio narret adligit. [Et facta est super eum ibi manus domini. Ibidem.] Ac deinde quasi ad se reuertitur et dicit: Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. Quid est hoc quod modo Ezechiel loquitur: modo de ezechiele? Si per totum diceret de se: questio non esset. Si per totum diceret: quasi de alio nihilominus questio non fuisset. Quid ergo est hoc quod sic variat sermo propheticus: ut modo propheta de se loquatur: modo autem de ipso quasi alius loqui videatur? Sed sciendum est: quod hi qui propheticis spiritu repleti: per hoc quod aperte nonnunquam loquuntur de se: et nonnunquam sic de se verba tanquam de alijs proferunt: indicantur: quod non propheta sed spiritus sanctus loquitur per prophetam. Pro eo enim quod per ipsos sermo fit: ipsi loquuntur de se. Et pro eo quod aspirant sancto spiritui loquuntur: si de sancto spiritu per ipsos loquitur de ipsis: veritate attestantur: qui dicit: Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris et

filii qui loquitur in vobis. Math. 10. Hinc etiam moyses ait. Et erat moyses vir mitis simus super omnes homines: qui morabantur in terra. Num. 12. Quia enim non dicitur: sed erat: profecto aperte indicat: quod is qui per illum de illo loquebatur: alius erat. Hinc Iohannes ait: Audistis illum discipulum quem diligebat Iesus. Jo. 19. Unde et Paulus: ut non se esse qui loquebatur ostenderet: dixit: An experimentum queritis eius: qui in me loquitur spiritus? 2. Corin. 13. Quia igitur in locutione prophetica: alter est qui presidet: alter qui obsequit: cum de seipso propheta loquitur: persona obsequens est: cum vero per prophetam spiritus loquitur: sublimitas presidens ostenditur. Recte ergo et tanquam de alio dicitur: Facta est super eum ibi manus domini. Et de se protinus adligit. Et vidit: et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone.] Hinc itaque discutiendum nobis est: quod sit quod dicit. Et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: et nubes magna. Pro eo quod ventus aquilo constringit in frigore non incongrue aquilonis nomine torpor maligni spiritus designat. quod esaias quoque propheta testatur: qui dixit de diabolo veniebat dicens: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Esa. 14. Malignus enim spiritus montem testamenti tenuit: qui iudaeum populum qui legem acceperat sibi in perfidia subjugavit: quando enim corda doctorum tenet: montem testamenti diabolus possidet: unde presidet. Qui etiam in lateribus aquilonis sedet: quia mentes hominum frigidas possidet. Unde et ipse voce in cantico canticorum dicit. Surge aquilo et veni auster prope ortum meum: et fluat aromata illi. Cant. 4. Cum enim iubente domino frigidus spiritus recedit: calidus spiritus mentem fidelium occupat: qui ortum dei. scilicet ecclesiam perstat: ut opiniones virtutum eius ad multorum noticiam velut aromata defluant. Recedete etiam aquilone. scilicet maligno spiritu: sanctus spiritus mentem quasi auster replet: qui dum calefaciendo flauerit: statim de fidelium cordibus aromata virtutum fluunt. Propheta ergo ea que essent in finem ventura, con-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

spiciens: venire ab aquilone ventū turbī nis vidit: qz in extremo seculi mentes ho minū torporis sui frigore malignus spūs graui⁹ occupat. Unde scriptū est. *De ter re ⁊ mari: qz descendit dyabolus ad vos: habens iram magnā: sciens quia modicū tempus habet.* Apoc. 12. Antiqu⁹ quip pe aduersarius insidiarū suarū molimina in humanis mētibus grauius exaggrega uit: cōtra culus excrecentē superbiā Icar nati manifestata est humilitas dei: atqz vt humanū genus a suo languore sanaret: tūc magna apparuit potētia medici: cum languor creuit egroti. Bene autē maligni spiritus immissio: ventus turbinis appella tur. Turbo quippe edificū qd tangit: cō cutiendo subripit: ⁊ ostis antiqui hostis temptatio que agit in mēte: vētus est tur binis: quia hāc cōcutiendo per desideria a statu sue rectitudinis euellit. Sed nos ista reticētes que humano generi erūt ab hoste callido in sine vetera: ad solā iudeā ex qua ppheta fuit: ⁊ cuius perditionē p pbetādo spicit: verba vertamus. Quia incarnato dño tanto graui⁹ ab aquilone ventū turbīnis pertulit: quāto a sua recti tudine cōcussa: cadens per torporē mētis in perfidia frigida remāsit. Ventus ergo turbīnis ab aquilone venit: cū vitā iudai ei populi malignus spūs interpretatione cōcussit. Ubi recte addit.

Et nubes magna.]

Quia quāto plus quisqz exarsit in cru delitate: tāto amplius obcecari meruit ig norātie sue caligine. Redemptorē quip pe humani generis que in lege ac pphē tis intelligētes expectauerāt: vidētes ne gabant. En actū est: vt eorū mens magna ignorātia sue nubetegeret: ne hūc post in quirētes agnoscerēt: que prius ⁊ denūcia re poterāt: ⁊ amare rennuebant. Nam cū modo in eius virtutes ⁊ miracula: modo autē passiones cōspicerēt: in infidelitū cor dib⁹ nubes magna ab aquilone venerat: qz ex peccati sui frigore ppter infirmitatē passionis illius: ⁊ inter signa caligabāt.

Quid vero ex illa nubis magne caligine sit securū subiungit cū p̄tinus dicit:

Et ignis inuoluens.]

Ignis em̄ nomine cū per significationē dicit aliquādo spiritus sanctus: aliquādo au tem mētis malicia designat. De bono em̄ igne scriptū est. *Ignē veni mittere in ter ram: ⁊ quid volo: nisi vt accendat:* Luce 12. Ignis quippe in terrā mittit: cum per ardorē sancti spūs afflata: terrena mens a carnalibus desiderijs cōcremat. De malo igne dicit: *Et nūc ignis aduersariōs consumit.* Heb. 10. Quia cor pessimū ex sua malicia tabescit. Sicut autē ignis amoris mentē erigit: ita ignis malicie inuoluit: quia ⁊ sanctus spirit⁹ cor qd replet ele uat: ⁊ ardor malicie ad inferiora semp in curuat. Iudea igit nube sue ignorātie ce cata: qz mox ad persecutiōis nequiciā eru pit: igne suo inuoluta est: que in obligatiōe se nequicie per eandē ipam crudelitate qua arsit: implicauit. Ventus autē tur binis veniebat ab aquilone: ⁊ nubes magna: ⁊ ignis inuoluens: quia extorporis sui frigore ad ignorantie caliginē perdu cta: vsqz ad maliciā persecutiōis erupit. Unde ad alium quoqz prophetā dicitur: *Quid tu vides?* Qui ilico respōdit. *Nil lam succēsam ego video: ⁊ facie eius a facie aquilonis.* Hierem. 1. Iudeorū quip pe mens in persecutiōe seuiēs: atqz in cru delitate vndas cogitationū vol uens: quid aliud q̄ olla succensa fuit: cuius facies a facie aquilonis esse dicit? Qu si se aduerso spiritui per torporē mentis non subderet: cōtra bonos in tanta malicia nō exarsisset. Habē itaqz sequit ignis inuolūēs: quia eius cecitate mentis secu ta est crudelitas persecutiōis. Si em̄ cog nouissent nunq̄ dominū glorie crucifi xissent. 1. Corin. 2. Sed iste ignis alibi arsit: atqz alibi splēdit. Nam subdit.

Et splendor in circuitu eius.

Dum em̄ persecutio in iudea agit: scā aploꝝ p̄dicatio in vniuerso mūdo disper sa est: sicut ipi dicunt. *Vobis missū fuerat*

verbū dei: sed quia indignos vos iudicatis: ecce imus ad gentes Act. 11. De cui delicate ergo malicie que mentē iudee cōcremavit: omnipotens deus lucē gentib⁹ sparsit: quia per hoc qđ illa redemptorē suuz: ac mēbra eius persecuta est: sanctis apostolis per diuersa dispersis: nos qđ in iudee circuitu positi in tenebris fuimus: dono celestis gratie splendorē veri luminis videmus. Unde scriptū est. Seditibus in tenebris et umbra mortis lux orta est eis. Esai. 9. Iste itaq; ignis malicie: qui in iudeoz cordibus arsit: in persecutioe p̄iūsq; sanctos apostolos sentēdo affligeret: in ip̄o se exercuit auctore ac redēptore generis humani. Unde et subdit.

Et de medio eius quasi species electri: id est de medio ignis.

Quid electri specie nisi xp̄us iesus mediator dei et hominū designat? Electrum quippe ex auro et argēto est: in electro dū argentūq; miscet: argentū ad claritatē creascit: auro vero a suo fulgore p̄lescit: illud ad claritatē proficit: hoc a claritate temperat. Quia igit in vnigenito dei filio nature diuinitatis vnita est natura nostra: in qua adunatioe humanitas in maiestatis gloria excreuit: diuinitas vero a sui fulgoris potētia humanis se oculis tempauit: per hoc qđ humana natura clarior facta est: quasi per aurū creuit argentū: et quia diuinitas a fulgore suo nostris est aspectibus temperata: quasi aurū nobis palluit per argentū. Illa em̄ natura immutabilis que in se manēs innouat omnia: si ita ut est nobis apparere voluisset: fulgore suo nos incenderet: potius q̄ renouaret. Sed claritatē sue magnitudinis tempauit nostris oculis deus: ut dū eius nobis claritas tēperat: etiā nostra infirmitas per eius similitudinē in eius luce claresceret: et per acceptā gratiā (ut ita dicā) sue habitudinē colorē mutaret. Quasi electrum ergo in igne est deus: homo factus in persecutioe. Sequitur.

Et in medio eius similitudo

quattuor animalium.]

Quod in medio eius dicit: Sive electris sive ignis: nil obstat intelligi: quia quatuor hec animalia sancti: scz euāgeliste et eiusdem dñi incarnationē ad fidei virtutē sollicitati sunt: et igne persecutiois multis tribulatioibus afflicti. Quod si quis hec que de primo dñi aduentu dixim⁹: etiā de secūdo velit accipere celeri assensu sequendus est: quia sepe p̄p̄hecie spirit⁹ in vno quod loquit: multa simul intuet. Vnde em̄ turbinis ab aquilone vēit: quia nimis rū causa peccatoz extigit: vt districti iudicij cōcussio omnia simul elementa perturbet: terror em̄ perturbatiois vltime inde venire dicit vnde generat. Nam quia ad fertendas frigidās peccatoz mentes incitium perturbatiois vltime agit: recte ab aquilone vētus turbinis venire perhibet que videlicet cōcussio apte ventus turbinis dicit: qz in illo die cunctoz qui tūc in carne mortali inuēti fuerint: in pauore nimio corda cōmouent: cum em̄ ceperit impleri quod scriptū est. Sol obscurabit: et luna nō dabit lumen suū: et stelle cadent de celo: et virtutes celoꝝ cōmouebuntur. Math. 24. Que mens hominis erit eterni iudicis sententiā non formidatis? Ibi em̄ tunc cūcta simul peccata ante oculos redeunt: ibi omnia que cū delectatioe acta sunt ad memoriā cū pauore reuocant. Ibi caligo cogitatiois misero ex pena proxie dampnatiois. Unde et subdit:

Et nubes magna.]

Tunc quippe expectatoꝝ memoria sensum mentis depimit caligo cecitatis: cū vnigenitū dei filiū in forma diuinitatis cōspicere reprobi nō permittunt. Videbūt em̄ in quē transfixerūt. Zach. 12. Iohis 19. Et tollat impius ne videat gloriā dei. Ubi et apte subditur.

Et ignis inuoluens.]

Quia videlicet ignis ille iudicij: qui celū aerē et terrā cōcremat: peccatores iam in sua superbia nō permittit erigi: sed inuoluit quos p̄culābio in pena sue dam-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

natiōis cōfringit. Et splendor in circuitu eius. Quia sicut fulgor exit ab oriente: et parit vsq; ad occidentē: ita erit aduentus filij hominis: vbi nullus tūc a iudicio in sua mēte latere permittit: quia ab ipso iudicis fulgore penetrat: de quo mox iudicij die subditur.

Et de medio eius quasi species electri: id est de medio ignis.
Ipse em̄ angelis atq; archangelis: oībus q; virtutib; p̄sident redēptor noster: q; velut in electri similitudine vn̄ ex vtraq; et in vtraq; natura: et deus p̄māsit cū patre: et ad redemptionē nostrā factus est mortalis cū hominibus: in suo tūc terrore vidētib; ei q; ignis iudicij in reproborū vindictam famulat. Hinc em̄ scriptū est. Dies dñi declarabitur: quia in igne reuelabit. 1. Corinth. 13. Hinc psalmista ait: Deus manifeste veniet deus noster: et nō silebit ignis in cōspectu eius ardebit: et in circuitu eius tempestas valida. ps. 49. Hinc petrus ap̄lus dicit: Adueniet dies dñi ut fur: in quo celi magno impetu transibūt: elemēta vero ignis ardore soluent. 2. Petri. 3. Et quia tūc sancti om̄es qui mūdus perfecte reliquerūt: iudices veniūt: apte mox subditur.

Et in medio eius similitudo quattuor animalium.]

Quid em̄ per quattuor aīalia: nisi quattuor euāgeliste designant? Nec immerito per euāgelistas quattuor: perfectorū om̄nū numerus exprimit: quia om̄es qui in ecclesia modo perfecti sūt: perfectiōis sue rectitudinē per̄eoz euāgelij didicerūt. de medio em̄ ei; similitudo quattuor animalū. Quia illi tunc eius corpori vniti: eius maiestati cōiuncti: et similes facti cū eo iudices videbunt: qui modo perfecta opera iuxta euāgelica precepta secuti sūt. Hinc est em̄ quod ip̄is sanctis apostolis dicit: Vos qui secuti estis me in regeneratiōe cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos sup sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israel.

Matth. 19. Hinc Esaias ait: Dñs ad ius dicitū veniet cū seniorib; populi sui. Esa. 3. Hinc salomon de ecclesia loquit dicens: Nobilis in portis vir eius: cū sederit cū senatorib; terre. Proverb. vlti. Hic itaq; sub breuitate trāscursus: aduentus p̄māmi ordinem sicut cepimus exequētes: ad euāgelistarum personas in expositiōe redeamus. Sequitur.

Et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis.]

Quis hoc loco homo describit: nisi ille de quo scriptū est: Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetip̄m exinanuit formā seruī accipiens in similitudinē hominū factus: et habitu inuētus ut homo. Phil. 2. Hec itaq; aīalia ut surgere ad sanctitatis virtutē valeant: ad huius hominis similitudinē tendūt. Sancta em̄ non essent: si hui; hominis similitudinē non haberēt: quia quicq̄d in eis de viscerib; pietatis: quicq̄d de mansuetudine spir̄it;: quicq̄d de zelo rectitudinis: quicq̄d de custodia huius militatis: quicq̄d de seruoze charitatē: est: hoc ab ip̄o fonte misericordie: ab ip̄a radice mansuetudinis: ab ip̄a virtute iusticie id est a mediatore dei et hominū: deo domino traxerūt: hui; se hominis similitudinē habere: egregius predicator ostendit dicens: Admiratores mei estote sicut et ego xpi. 1. Corinth. 4. et 11. Ad eius nos similitudine surgere admonet cum dicit: Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Sicut portamus uimū imaginē terreni: portemus et imaginē eius qui de celo descendit. 1. Corinth. 15. Sanctus em̄ quisq; intantū ad similitudinē huius hominis ducit: inquantū vīfā sui redemptoris imitat. Nam ab eius mādatis atq; operibus discordare: quid est aliud q̄ a similitudine longe recedere. Plangūt autē vitam delinquentiū predicatorē sancti: sed de ip̄o nostro capite scriptū est. Quia stetit sup hierusalē. Luce 19. Haudēt de bonis actibus subditoz: et recte operātes diligūt. Sed de redēptorē

re nostro scriptū est. Qui cū adolefcēns qui-
dam diceret: Nec omnia custodiui a iuven-
tute mea. Matth. 19. magis dilexit eum.
Porrit illatas cōtummelias predicatorēs
sancti et nullā ad inuicem contummeliā red-
dunt. Sed cū redemptori nostro diceret:
Demoniū habes. Jobis. 8. Non iniuriā
reddidit: sed mansuete respondit dicens:
Ego demoniū nō habeo. Feruēt zelo re-
ctitudinis p̄dicatores sancti: sed redem-
ptor omniū flagello de resticulis facto vē-
dentes et emētes eiecit de templo: cathedras
vendentiū colūbas euertit: et inimicus
larioꝝ effudit es. Jobis. 2. In omni quod
fortiter agunt: humilitatē tota intentione
custodiūt. Sed per redemptorē nostrū vi-
cī: Discite aīne: quia mitis sum et humi-
lis corde. Matth. 11. Persecutores suos
quoq; diligunt predicatorēs sancti. Sed
īpse auctor omniū ac redemptor in passio-
ne positus: p̄ persecutoribus intercedit
dicēs: Pater ignosce illi s: quia nesciunt
quid faciūt. Luc. 23. Vēbra sua ponit
in passione p̄ fratribus: Sed pro electoꝝ
vita vsq; ad mortē se tradidit auctor vite
Dicat ergo de sanctis animalibus q̄ simili-
tudo hominis in eis est: quia q̄ sancta: q̄
mira sunt: hoc in eis de specie similitudi-
nis est: id est de virtute imitationis. Caput
quippe oīm nostrū redemptor noster est.
Et per salomonē dicit: Oculi sapientis in
capite eius: stultus autē in tenebris am-
bulat. Eccl. 2. Tunc em̄ in capite oculo-
los habemus: cū vitā redemptoris nostri
tacita cogitatione cōspicimus. Et cū offiis
nostra intentio in eius se imitationē erig-
git: ne si vias lucis asplicere oculus men-
tis neglexerit: statim clausus in tenebras
erroris cadat. Ad huius similitudinē ho-
minis surgere festinabat p̄pheta cū dice-
ret: In mandatis tuis exercebor: et cōside-
rabo vias tuas. ps. 118. Qui etem̄ vias
dñi tacitus in mente cōsiderat: et se exer-
cere in mandatis illius festinat: quid ali-
ud in semetīpso: nisi imaginē noui hoīs re-
format: quod quia in sanctorū cordib; in-
cessanter agit: recte nūc de animalibus dicit

fufas circūqua: tenebras effugāt. **Qua** ex re notandū est: quia sunt pleriq; sancto rū ita simplices et occulti: se seq; in locis minoribus sub magno silētio cōregentes vt vix eorum vita ab alijs possit agnosci. **Quid** itaq; isti nisi carbōes sunt: qui et ipsi per feruorē spiritus ardorē habent: tamē exempli flammā non habēt: nec in alienis cordibus tenebras peccatorū vincūt: quia vitā suam omnino sciri refugiūt. Sibi met ipsi quidē accensi sunt: sed alijs in exemplū luminis nō sunt. Hi autē qui et exempli virtutū prerogāt: et lumē boni operis per vitā et verbū itinerātibus alijs errantibus demonstrāt: iure lampades appellātur: quia et per ardorē desiderij et per flammā verbū a peccatorū cordibus erroris tenebras repellūt. **Qui** igit; in occulto bene viuūt: sed alieno puectui minime proficit: carbo est. **Qui** vero in imitatioe sanctitatis positus: lumen ex se rectitudinis multis demonstrat: lāpas est: quia sibi ardet et alijs lucet. **Sequit.**

Et hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis et de igne fulgur egrediens.]

Splendor ignis et de igne fulgur egrediens in medio animalium discurrens videtur. **Quia** nisi ab igne veritatis illa pennata animalia calore susciperēt: ipsa in carbonū atq; lampadarū similitudinē nō arderent. **Ignis** em̄ nomie sancti spiritus figurari solet: de quo in euāgelio dñs dicit: **Ignē** veni mittere in terrā: et quid volo nisi vt accendat? **Luce. 12.** Lum enim carnalis mens sanctū spiritū accipit: spiritali amore succensa malū plangit qd̄ fecit et terra ardet: quādo accusante se cōscientia cor peccatoris urit: atq; in dolore penitentie eremat. **Hinc** rursus scriptum est. **Deus** tuus ignis consumens est. **Deutro. 4.** **Quia** em̄ mentē quā repleuerit: eam a peccatorū rubigine mundā reddat creator noster: et ignis dicit et consumens. **Sanctus** ergo spiritus in medio animalium splendor ignis: et de igne fulgur egrediens di-

scurrere dicit: quia vniuersam ecclesiā replens: in electorū cordibus ex seipso flammam amoris proiecit: vt coruscis fulgoris more per terrorē feriat: et ad amorē suum corda torpētia accēdat. **Sed** quia sanctus spiritus deus ante secula patri est et filio coeternus: querendū nobis est cur discurrere dicat. **Om̄is** etem̄ qui discurret accedit ad locū in quo non fuit: et eū deserit in quo fuit. **Qua** igit; ratioe discurrere spiritū dicamus dū cuncta intra ipm̄ sunt: et locus nusq; sit: vbi nō sit: Sicut scriptū est. **Spiritus** dñi repleuit orbē terrarū. **Sapient. 1.** **Et** tamen cū laus sapiētie describeret adiunctū est. **Est** em̄ in illa spiritus intellectus: spiritus vnicus multiplex: subtilis: mobilis. **Et** paulo post humanus stabilis. **Sapient. 7.** **In** quibus rursus verbis magna nobis questio orit. **Cur** iste spiritus qui implet om̄ia simul mobilis et stabilis dicat. **Sed** si ad vsū cōsuetudinis humane recurrim̄: sensum citius loquētis inuenim̄. **Homo** quippe qui in ea regione in qua est vbicq; discurret: pauldus bio vbicq; obutā venit: et repente vbi non credit: inuenit. **Omnipotētis** ergo spiritus vt vbicq; p̄sentia signaret: simul et mobilis et stabilis dicit. **Stabilis**: q; per naturā om̄ia cōtinet. **Mobilis** autē dicit: quia vbicq; etiā nescientibus occurrit. **Tennens** ergo om̄ia stabilis: p̄sentē se om̄ibus exhibens mobilis appellat. **Splendor** ergo ignis et de igne fulgur egrediens inter pennata animalia discurret. **Quia** sanctus spiritus simul singulis atq; om̄ibus p̄esto fit et incēdit quos cōtigerit: et illuminat quos incēdit: vt post frigus p̄stinū accensi ardeāt: et per ignem amoris quē acceperint: flāmas exemplorū reddāt. **Fulgur** quippe de hoc igne egrediēs torpentes mētes percutit: easq; percutiēdo excitat et inflāmat: vt post amorē illius ardentes pariter et lucētes currāt. **Unde** alias scriptū est. **Thronus** eius flāma ignis rote eius ignis accēsus. **Dan. 7.** **Hi** em̄ qui animarū custodes sunt: et pascēdi gregis onera susceperūt: mutare loca mīme

permittunt. Sed quia vno in loco positi diuinitatis in se presentiam portant et ardere: thronus dei flamma ignis dicitur. Hi autem qui amore domini in predicatione discurrunt. Note eius ignis ardentes sunt. Quis cum ex eius desiderio per varia loca discurrunt: vnde ipsi ardent: alios accendunt. Potest tamen discursus atque mobilitas spiritus requisitione alterius considerationis intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet: iuxta quasdam vero recessurus venit: et venturus recedit. In fide etenim spe atque charitate: et in bonis aliis sine quibus ad celestem patriam non potest venturi: sicut est humilitas: castitas: iusticia: atque misericordia perfectorum corda non deserit. In prophetia vero virtutum: doctrinae facienda: miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest: aliquando se subtrahit. Adest ut eleuet: et semetipsum subtrahit: ut humiliet. Adest ut eos ostensa virtute glorificet: recedit ut semetipsum subtrahat eius virtute cognoscant. Adest ut ostendat quid per ipsum sint: recedit ut patefaciat: qui vel quales remaneant sine ipso. In his itaque virtutibus sine quibus ad vitam minime peruenit: sanctus spiritus in electorum suorum cordibus permanet. In his vero per quos sanctitatis virtus ostenditur: aliquando misericorditer prelosetur: et aliquando misericorditer recedit. Discurrens ergo et mobilis spiritus dicitur: quia insignis atque virtutibus iuxta vniuersum vultum continue non habet. Bene autem inter sancta animalia discurrens perhibetur. Discursus quippe ad celeritatem pertinet. Inter perfectos autem discurret spiritus: quia et si ab eorum cordibus ad momentum recesserit: citius redit. Sequitur.

Et animalia ibant et reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.]

Cum superius dictum sit: non reuertebantur cum ambularent: qua ratione nunc dicitur: animalia ibant et reuertebantur. Valde sibi hec videtur esse contraria: quia ibant et non reuertebantur.

Sed qualiter intelligendum sit: citius agnoscimus: si duas vitas actiuam scilicet et contemplatiuam sollicite discernamus. In vna enim fixi permanere possumus: in altera autem intentam mentem tenere nullo modo valeamus. Tunc enim temporis nostrum relinquimus: nos ipsos ad bene operatiois studium excitamus: quo alibi nisi ad actiuam imus: a qua reuerti post nos nullo modo debemus. Quia qui illam ad temporem negligentem ad prauitatis nequitiam quas reliquerat: redire esse sine dubio celesse animam nescit. Tunc vero ab actiuam vitam ad contemplatiuam surgimus (quod diu mentem stare in contemplatione non valet: sed omnino quod de eternitate per speculum et in enigmate conspiciat: quasi furtim hoc et per transitum videt) ipsa sua infirmitate, ab immensitate tante celsitudinis animi repulsus: in semetipso relabatur. Et necesse est ut ad actiuam redeat: sedque ipsum continue in usum bene operatiois exerceat: ut cum mens surgere ad contemplanda celestia non valet: queque potest bona agere non recuset. Sicut fit ut ipsis suis bonis actibus ad superiora rursus in contemplationem surgat: et amoris partem de pabulo contemplationis veritatis accipiat: in qua quod diu se tenere ipsa corruptiois infirmitas non potest: ad bona rursus opera rediens suauitatis dei memoria patiscit: et foris patiscit actibus: intus vero sanctis desideriis nutritur. Hinc etenim de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur. Memoria suauitatis tue eructabunt. ps. 144. Dulcedinem quippe suauitatis intime: quod ut citius possunt (velut ex quodam corusco) pregustando tangere: eius memoria studet recolendo semper et loquendo eructare. Unde et apte nos psalmista admonet dicens Lux orta est iusto: et rectis corde leticia. Retamini iusti in domino: et ostentumini memorie sanctitatis eius. ps. 86. Qui rursus ait: Quam magna multitudo dulcedinis tue domine. ps. 30. Que videlicet magna esset: nullo cognosceret: nisi hanc aliquatenus contemplando gustasset. Hinc iterum dicit: Ego dixi in exitu meo: pietus sum a vultu oculorum tuo

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

rū. **I**n ista enim in mentis excessu subleuatus dulcedine suauitatis eterne cognouisset: in hoc adhuc mundo retentus non discernere: quod longe pietus laceret. Ostensa ergo animalia vadunt et non reuertuntur: atque vadunt et redeunt: quod sancti viri et ab actiua vita quam apprehenderunt: ad iniquitates non conuertuntur: et a contemplatiua vita quam tenere iugiter non possunt: in actiua relabuntur. Sicut enim dictum est ipso infirmitatis sue pondere deuicti: ad semetipsos redeunt repulsi ut cūtes discant quid desideret: et reuertentes ubi laceat sciant. Euntes intelligat: ubi non dum sint: reuertentes quid sint. Sed qualiter sancta hec animalia redeant demonstrat: cum subdit.

In similitudine fulguris coruscatis. Bene autem reuertentia animalia coruscanti fulguris comparantur. Quia sancti viri cum aliis dum ad superna contemplanda euolant: permissas sui spiritus in celestis patrie amore ligant. Sed grauati humane conuersationis pondere: ad semetipsos redeunt: bona celestia que saltem per speculum contemplari possunt: fratribus denunciant: eorumque animos in amore intime caritatis accendunt. Quam nec videre sicut est: nec loqui preualent sicut uiderunt: loquentes autem uerbis suis corda audientium ferunt et incendunt. Quasi ergo fulgur coruscans redeunt: quod per eos supernum lumen intermicat: ad amore celestis patrie mentes audientium inflammat. More itaque coruscantis fulguris cum loquendo percussus: ignem spiritus desiderij spargit. Alio modo sancta animalia vadunt et redeunt. Vadunt enim cum ad insinuandam celestis doni gratiam in predicatione mittunt: atque ut ad fidem trahant: mira coram infidelibus faciunt. Sed redeunt: quod hec omnipotentis domini uirtuti tribuētes: sibi metipsis que fecerint non ascribunt. Lum enim stupida faciunt fulgura sunt: quod corda intuentium concutit: terrēt: illuminat: et accendunt. Unde scriptum est. In luce iacula tua ibunt: in splendore fulguris armorum tuorum. **Abac. 3.** Iacula domini sunt uerba sanctorum: que corda peccantium ferunt: sed ista iacula habent arma. Sanctis fratres: quod

preliatores uiri iacula mittunt: armis uero munitur: dum ergo uerbis addunt miracula quasi armis se muniunt: ne ipsi feriantur. In lumine iacula tua ibunt: quod in aperto exeunt uerba dei. Sed quod comitari debet sententias sanctorum doctorum facta miraculorum: res certe subiungit. In splendore fulguris armorum tuorum. Quia dum addunt eis arma miraculorum mentes persequentium fulgurant: ut eos persequi non presumant. Nec itaque animalia vadunt et reuertuntur in similitudine fulguris coruscantis. Quia postquam mira sancti inter homines faciunt: postquam corda audientium spiritu lumine incendunt: ad quandam auctori suo gloriā redeunt: ut illi laudem reddant: per que se posse talia sciunt. Sic petrus cum sanato homine qui claudus ex uero matris fuerat: signum fecit: quod omnes qui cognoscerent: ualde mirarentur: dixit: Quid miramini in hoc: aut nos quod intuemur quasi nostra uirtute: aut pietate fecerimus hunc ambulare? **Deus abraham: deus ysaac: et deus iacob: deus patrum nostrorum glorificauit filium suum iesum. Act. 3.** Et paulo post. In fide nomine eius hunc quem uidistis et nostis confirmauit nomine eius. Signum quippe facies intuentium oculos miraculi luce perstrinxit: sed humilitate custodit: et laudem auctori reddens: quasi unde uenerat rediit: quod lux fulguris unde fuerit ostendit. Sancta itaque animalia cum ad signa operanda ueniunt: et cum ad reddendam auctori suo gloriā intus apud semetipsa redeunt fulgur sunt: quod et ostendendo miracula et exempla humilitatis prebendo mentes intuentium ferunt et incendunt. In omni autem quod faciunt: circiter semper ad laudem creatoris redeunt: ut in ea uirtute quam accipiunt uera stabilitate persistant. Nam si quid sibi tribuerent: in hoc quod acceptum stare non possent. Unde bene etiam per salomonem dicitur: Ad locum de quo exeunt flumina reuertuntur: ut iter fluat. **Eccles. 1.** Sine enim in uirtutibus seu in doctrina quid aliud sunt sancti uiri quam flumina: que terram cordis carnalium arida rigant. Sed siue in operatione quam faciunt seu in doctrine uerbis citi: siccare nisi per intentionem cordis semper solliciti ad

loci de quo exeūt rediret. Si enim introz-
sus ad cor nō redeant: ac sese in amore cō-
ditoris desiderioꝝ vinculis nō astringāt:
et manus ab eo quod agebat deficiat: et lin-
gua ab eo quod loquebat arescat. Sed in-
sus semp̄ per amorē redeunt: et hoc q̄ in
publico operātes: atq; loquētes fundūt:
in secreto suo de fonte amoris hauriunt.
Amādo enim discūt: docendo p̄ferūt. Ad
locū ergo de quo exeūt flumina reuertunt̄
vt iterū fluant: q̄ aquā sapiētie inde semp̄
per hauriūt vnde orit̄: ne cū currerit exsic-
cet. Per oē ergo q̄ agimus ad fontē ve-
ri lumis sollicita mēte redeamus. Redda-
mus creatori n̄ro gratias de bonis que ac-
cepimus: eiq; cū esaiā p̄pheta suppliciter
dicamus. *Oia opera n̄ra operatus es no-
bis. Esa. 26.* Bona enim nostra etus sunt
opa: cui⁹ visceribus nō sufficit: vt nos eri-
geret: nisi et semetip̄m p̄ nobis inclinaret.
Si enim coeternus patri deus ante secula
nō heret: homo in t̄pe: q̄n̄ homo t̄p̄alis sa-
peret eterna: Descensio ergo veritatis as-
cēnsio facta est humanitatis nostre. *Vem⁹
ei gloriā: demus laudem: qui viuit et re-
gnat cū patre in vnitate spiritus sancti de-
per omnia secula seculorum amen.*

Explicit omelia. V.

Incipit Omelia. VI. que in-
terpretatur in primo capitulo:
ab illa parte. *Lūg aspicerē et c.*
vsq; ad illam partem. *Et totum
corpus oculis plenū in circuitu
ip̄orum quattuor.*]

A
Enebrofa aqua in nubibus ae-
ris. Quia obscura est sciētia in
p̄phetis. Sed salomons voce
attestāte didicimus. Gloria re-
gū celare verbū et gloria dei est inuestiga-
re sermonē. *Prouer. 25.* Quia et honor
est hominū eoz secreta abscondere: et glo-
ria dei est mysteria sermonis eius aperire.
Ipsa autē per se veritas dicit: *Que di-
co vobis in tenebris dicite in lumie. Ma-*

thel. 10. Id est aperte exponite que in alle-
goriarū obscuritatib⁹ auditis. *Magne ve-
ro vtilitatis est ipsa obscuritas eloquiorū
dei: quia exercet sensum vt fatigatioe dis-
late: et exercitatus accipiat q̄d capere nō
potest ociosus: habet quoq; adhuc maius
aliud: quia scripture sacre itelligētia si in-
cūctis esset aperta vilesceret. In quibus-
dā locis obscurioribus tāto maiori dulce-
dine inuēta reficit: quāto maiori labore fa-
tigat animū quesita. Ecce enim sancti *Eze-
chielis nūc voce dicit.**

*Lūg aspicerē aialia appa-
ruit rota vna luper terrā.*]

*Q*uid autē rota nisi sacrā scripturā signat
que ex omni parte ad auditorū mentes vol-
uit: et nullo erroris angulo: a predicatiois
sue via retinet. Ex omni autē parte volutur:
quia inter aduersa et p̄spera et recte et
humiliter in cedit. *Circulus quippe p̄ces-
ptoz illius modo sursum: modo deorsū est:
que perfectiorib⁹ spiritualiter dicunt: in-
firmis iuxta litterā congruit. Et ipsa que
paruuli iuxta litterā intelligūt: docti viri
per spiritale intelligentiā in altū ducunt.
Quis nāq; paruuloz in facto esau et isa-
cob: quod alter ad venatū mittit vt bene-
dicat: alter vero per suppositionē matris
a patre benedicat: nisi iuxta sacre lectiois
hystorā pascit. In qua videlicet hysto-
ria si ad intellectū paulo subtilius astrin-
gat: videt: quia iacob primogeniti bene-
dictionē nō per fraudē subripuit: sed vt si-
bi debitā accepit: quā cōcedēte fratre va-
ta lentis mercede emerat. At vero si quis
altius sentiens: vtrozūq; facta velit per al-
legorie archana viscute: prius ab hy-
storia in mysteriū surgit. Quid est enim
quod ysaac de maioris filij sui venatione
vesci cōcupiscit: nisi q̄d omnipotēs deus
iudaici populi bona operatioe pasci vesse-
derauit. Sed illo tardate minorē rebe-
ca supposuit: q̄ dū iudaicus populus bo-
na opera foris querit: gentile populū ma-
ter gratia instruxit: vt omnipotenti patri
cium boni operis offerret: benedictio*

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

nē maloris fratris acciperet: qui eosdē ci-
 bos ex domesticis animalibus p̄buit. Quia
 gentilis populus placere deo de extero-
 ribus sacrificijs nō querens: per vocē pro-
 phete dicit: In me sūt deus vora tua que
 reddā laudatōes tibi. ps. 55. Quid est
 q̄ isdē iacob manus ac brachia ⁊ collū he-
 dints pellibus texit: nisi qd̄ hedus ꝑ pec-
 cato offerri cōsuevit? Et gentilis popul⁹
 carnis quidē in se peccata mactauit: sed ⁊
 cooperitū se peccatis carnalibus confiteri
 nō erubuit. Quid est q̄ vestimētis fratris
 maioris induit: nisi qd̄ sacre scripture pre-
 ceptis que maiorī populo data fuerāt: in
 bonā opatiōe vestitus ē: ⁊ eis minor in do-
 mo vti: que maior foras exiens: intus re-
 liquit. Quia illa gentilis populus prece-
 pta tenet in mēte que iudaicus populus
 habere nō potuit: dū solā in eis litterā ar-
 tendit. Et quid est q̄ ꝑ isaac eundē filium
 nescit quē benedicit: nisi hoc qd̄ de genti-
 li populo dñs per psalmistā dixit: Popu-
 lus quē non cognoui seruauit mihi: ob au-
 ditu auris ob audiuit mihi. ps. 17. Quid
 est q̄ presentē nō vidit: ⁊ tamen ei que in
 futuro veniebant videt: nisi qd̄ oīpotens
 deus cū per ꝑphetas suos p̄dicaret gen-
 tilitati gratiā prerogandā: eam ⁊ in p̄sen-
 ti per gratiā non videt: quia tūc in errore
 dereliquit: ⁊ tamē quia hanc quādoq; col-
 lectorus erat: per benedictiōis gratiā p̄-
 uidit. Unde ⁊ idē iacob gentilis populi si-
 gurā tenet: eiq; in benedictiōe dicit: Ec-
 ce odor filii mei sicut odor agri pleni: cui
 bñdixit dñs deus: Gen. 27. Sicut em̄ in
 euāgelio veritas dicit. Ager est hic mun-
 dus. Luce. 17. Et quia gētilis populus
 ad fidē perduct⁹: per electos suos in vni-
 uerso mūdo virtutibus redolet: odor filij
 odor est agri pleni. Aliter namq; redolet
 flos vire: qz magna est virtus ⁊ opinio ꝑ-
 dicatoꝝ: qui inebriāt mentes audientiū.
 Aliter flos oliue: qz suauē est opus misē-
 ricordie. Aliter flos rose: qz mira est fra-
 grātia que rutilat ⁊ redolet ex cruore mar-
 tyrū. Aliter flos lilij: qz candida vita car-
 nis est de incorruptiōe virginittis. Ali-

ter flos viole: qz magna est virtus humi-
 litū: qui ex desiderio loca vltia tenentes se
 per humilitatē a terra in altū nō subleuāt
 ⁊ celestis regni purpurā in mente seruat.
 Aliter redolet spica cū ad maturitatē per-
 ducit: qz bonoꝝ operū perfectio ad facies
 tatē eoꝝ qui iusticiā esuriūt preparat. Quia
 ergo gentilis populus in electis suis vbi
 qz per mundū sparsus est: ⁊ ex eis virtuti-
 bus quas agit: oēs qui intelligunt odore
 bone opinōis replet. Dicat recte. Ecce
 odor filij mei sicut odor agri pleni. Gen.
 27. Sed qz easdē virtutes ex semetip̄o nō
 habet adiūgat. Cui benedixit dñs deus.
 Et qz idē electoꝝ populus per q̄sdā etiā
 in cōtemplatiōe surgit: per quosdā vero
 in acriue vite solūm⁹ opera pinguescit: re-
 cte illic addit. Det tibi dñs de roze celi:
 ⁊ de pinguedine terre. Gen. 3. Ibidē. Nos
 em̄ desup ⁊ subtiliter cadit: ⁊ totiēs de ro-
 ze celi accipimus: quotiēs per infusiōe
 cōtemplatiōis intime: de supnis aliquid
 tenuerit videmus. Luz vero bona opera
 etiā per corpus agimus: de terre pingue-
 dine ditamur. Quid est autē q̄ esau tarde
 ad patrē redit: nisi qz iudaicus popul⁹ ad
 placendū deo: als ad placandū dñm sero
 reuertit. Cui ⁊ hoc in benedictiōe dicit:
 Tēpusq; erit cū soluat iugū de collo tuo
 Esa. 10. Quia a seruitute peccati iudalc⁹
 popul⁹ in fine liberabit. Sicut scriptū est
 est. Donec plenitudo gentiū introiret: ⁊
 sic oīs israel saluus fiet. Ro. 10. Quē nō
 parunloꝝ ipsa euāgelica hystoria in mira-
 cull operatiōe reficit: qz hydrias vacuas
 dñs aqua impleri ꝑcepit: eandēq; aquā
 p̄tinus in vinū vertit. Jo. 4. Sed cū
 hec vigilātoꝝ ingenio audiunt: ⁊ sacra
 hystoriā credendo venerant: qd̄ interius
 in uat requirūt. Quia em̄ aquaz in vinū
 mutare potuit: etiā vacuas hydrias vino
 valuit statim replere. Sed ipleri hydrias
 aqua subert: qz prius per sacre lectiōis hy-
 storiā corda nostra replenda sunt: ⁊ aquā
 nobis in vinū vertit: qñ ipsa hystoria per
 allegorie mysteriū in spiritale nobis in-
 telligentiā cōmutat. Nota ergo quasi per-

terrā trahit: quia parulis humill sermone
 cōcordat: et tamen magnis spiritalia inffi
 dens quasi circūlū in altū leuat. Et inde
 sursum erigit: vnde terrā tangere paulo
 ante videbat. Quia vero vndiq; edificat
 quasi per circūlū rota currit. Unde et in le
 ge scriptū est. Facies et candelabrū ducti
 le de auro mūdissimo hastile eius: et cala
 mos et ciphos et sperulas ac lilia ex ipso p
 cedentia. Gen. 25. Quis autē in cande
 labro: nisi redēptor humani generis desit
 gnas: qui in natura humanitatis infulsit
 lumine diuitatis vt mūdī candelabrū fies
 ret: quatenus in eius lumine omnis pecca
 tor: in q̄bus iaceret tenebris videret. Qui
 pro eo q̄ naturā nostrā sine culpa suscepit:
 candelabrū tabernaculū ex auro purissimo
 fieri iubet. Ductile autē feriendo pducit
 tur: quia redēptor: noster qui ex cōceptio
 ne et natiuitate perfectus deus et homo ex
 titit: passionū dolores pertulit: et sic ad re
 surrectiōis gloriā peruenit. Ex auro ergo
 mūdissimo ductile candelabrū fuit: quia et
 peccatū non habuit: et tamē eius corpus
 per passionis cōtumelias ad immortalita
 tē profecit. Nam iuxta virtutes anie quo
 percussioibus potuisset pficere: omnino
 non habuit. In mēbris autē suis que nos
 sumus quotidie percussioibus profecit:
 quia dū nos tūdimur et efficiuntur: vt eius
 corpus esse mereamur ipse pficit. De ei⁹
 corpore scriptū est: ex quo totū corpus per
 nexu coniuictiones subministratū: et cō
 structū crescit in augmentū dei. Col. 2.
 Corpus quippe illius nos omnes sumus.
 Per nexu vero et cōiunctiōes corpus li
 gas: quia dū capiti pectus: dū pectori bra
 chia: dū brachijs manus: digiti manibus
 sunt coniuicti: ac mēbra cetera mēbris in
 herēt: corpus omne perficit. Nempe sicut
 sancti apostolici quia redēptori nostro pro
 pinqui steterūt: quasi pectus capiti inhe
 sit. Quos quia martyres sunt secuti qua
 si conficta brachia pectori fuerūt. Quib⁹
 dū pastores et doctores subiecti sunt per
 bona opera: manus brachijs inhererūt.
 Hoc vero omne corpus redēptoris nostri

quotidie per nexu et cōiunctiōes submi
 nistrat in celo: quia cū ad deū illuc electe
 anime ducit: ei sua mēbra colligunt. De
 quo bene dicit: Subministratū et cōstru
 ctū crescit in augmentū dei. Quia deus
 omnipotēs redemptor noster qui in se quo
 pficiat non habet: adhuc per mēbra sua
 quotidie augmentū habet. Unde rursus
 scriptū est: Donec occurramus omnes in
 virū perfectū in mensurā etatis plenitudi
 nis xpi. Ephes. 4. Hastile vero eiusdem
 candelabri ipa ecclesia debet intelligi que
 corpus eius est. Quia inter tot aduersa
 libera stat. Calami autē qui de hastili p
 cedunt predicatorum sunt: qui dulcē sonū
 in mūdo ediderūt: videlicet canticū nouū
 Cippi autē vino repleti solēt. Quid er
 go mētes auditorū: nisi cippi sunt: que san
 ctis predicatibus vino scientie replent.
 Spherula autē quid est aliud: nisi volu
 bilitas pdicatiois. Spera em̄ ex omni par
 te voluit: et predicatio que nec aduersitas
 te retineri potest: nec p̄peritati bus eleua
 tur. Spera itaq; est et inter aduersa fortis
 et inter p̄spera hūilis: nec timoris h̄z ang
 gulū nec elatiōis. In cursu ḡ suo figi non
 valet: q̄ per cūcta se volubilitate trahit: vt
 autē hoc qd̄ exempli causa p̄tinemus exe
 quamur. Bene post calamos ciphos: et
 sperulas in candelabro lilia describunt.
 Quia post eā diximus predicatiois gra
 tiā atq; volubilitatē illa virēs patria ses
 quit: que añalibus als añabus sanctis:
 id est floribus verna et eternis. Spherule
 ergo ad laborē pertinet. Lilia ad retribu
 tiōē. Itaq; sicut apud moysen sperula
 doctrina predicatiois accipit: ita hic per
 rotā sacra scriptura signat. Propheta igl
 tur dū sancta añalia videret adūxit.

**Cumq; aspicerē animalia ap
 paruit rota vna super terrā.]**

Qua in re querendū est cū insertus rote
 describunt: cur vna rota prius apparuisse
 dicit: nisi quia antiquo populo vetus so
 lūmodo testamentū datū est: qd̄ ad erudiē
 dū mentē illius quasi rota volueret. Bē

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ne autē rota eadez super terrā apparuisse dicit. Peccāti em̄ homini dicitū eū. Terra es ⁊ in terrā ibis. Gen. 3. Rota ergo super terrā apparuit: qz deus omnipotens legē super corda peccantiū dedit. Sed qz hec pēnata aīalia: sanctos vt ante diximus: euāgelistas designāt: quomodo prius aīalia: ⁊ postmodū rota vna aspiciēt dū ante testamētū ver⁹ fuerit: ⁊ postmodū sancti euāgeliste secuti sunt. Sed intelligere in his possumus qd̄ illi prius a ppheta visi sunt: qui merito transcendūt. Nam quāto sanctū euāgeliiū testamētū vetus precellit: tāto ⁊ predicatoris eius in descriptioe prophetica pferri debuerit. Quāto sit adhuc aliud qd̄ in hac descriptioe cōsiderari debeat. Quia pphēcie spiritus sic intra semetipm̄ anteriora ⁊ posteriora simul colligit: vt hec simul pphēte lingua pferre nō possit: sed ampla que videt dispersitis als de preteritis sermonib⁹ emanat. Et nūc vltima: post prima: nūc vero prima: post vltima loquit. An de ezechiēl pphēta sub figura sancte vniuersalis ecclesie ⁊ euāgelistarū gloriā per quattuor animalū similitudinē videt: et tamen repēte illa subiūgit que anterioribus temporibus gesta sunt. Et patēter indicet simul se vidisse qd̄ carnis lingua nō sufficeret simul dicere. Quia vero p quattuor aīalia etiā perfectos officios significari diximus. Considerandū quoqz est quos dā sanctorū ⁊ ante legē fuisse: qui naturali lege discrete als v̄stricte viuerēt: ⁊ omnipotētī deo placerēt. Post aīalia ergo rota describit: quia electorū multū apud omnipotentē dominū perfecti: ⁊ ante legē fuerūt. Si vero aīalia solos vt dixim⁹ euāgelistas debemus accipere: est adhuc aliud qd̄ cōsiderare debeam⁹. Videbat em̄ in spiritu propheta: qz hec ipa verba que obscuritatibus obuoluta pferēbat: nō iudaico populo: sed gentibus pandere. Nobis igit loquēs prius aīalia: ⁊ post rotā describere debuit: qz nos ad fidez dñi largiēte veniētes: nō per legē euāgeliiū sed per sanctū euāgeliiū legē didicimus.

Abi vero vel qualis rota apparuit: ad iungit cum dicit:

Iuxta aīalia habens quattuor facies.] Abi adhuc subdit. **B Et aspectus rotarū ⁊ opus earū quasi visio maris: ⁊ vna similitudo ipaz quattuor ⁊ aspectus earū et opera quasi si sit rota in medio rote.]**

Quid est hoc qd̄ cū vna rota diceret paulo post adiūgit. Quasi si sit rota in medio rote: nisi qd̄ in testamēti veteris s̄ca testamētū nouū latuit per allegoriā. An ⁊ rota eadē que iuxta aīalia apparuit: quattuor facies h̄re describit: qz scriptura sacra per vtraqz testamēta in quattuor partib⁹ est distincta. Vetus etem̄ testamētū in lege ⁊ pphētis: nouū vero in euāgelio: qz aploz actibus ⁊ viciis. Sic als scim⁹ aut: qz vbi faciē intendim⁹: ibi qd̄ necesse est videmus. Rota ḡ quattuor hz facies: qz prius refecanda mala in populis vidit per legē: postmodū vidit per pphas: subtilius vero per euāgeliiū: ad extremū aut per aplos ea q̄ in culpis hom̄m refecerent aspexit. Potest ḡ intelligi qd̄ quattuor facies rota h̄at: propter hoc qd̄ scriptura sacra per gratiā pdicatiōis extensa in quattuor mūdi partes innotuit. An ⁊ bene rota eadē vnā prius iuxta aīalia apparuisse ⁊ postmodū quattuor facies habuisse describit: qz nisi lex euāgelio cōcordaret: in quattuor mūdi partib⁹ nō innotesceret: seq̄.

Et aspectus rotarum ⁊ opus earū quasi visio maris.]

Recte sacra eloq̄a visioni maris s̄ca narrat: qz in eis magna sūt volūta sniaz ⁊ cū multi sensū. Nec immerito mari s̄ca scriptura sacra dicit: qz firmant in ea sentētie locutiōis sacro baptismatis. Vel certe cōsiderandū est: qz nauibus in mari nauigamus: cū ad desideratas terras tēdimus. Nobis autē qd̄ est in desiderio: nisi illa terra de qua scriptū est. Portio mea in terra vi-

uentū. ps. 141. Ligno autē ut dixi euehit
q̄ mare transit. Et scim⁹ q̄ scriptura sacra
lignū crucis per lignū als legē nobis pre
nūciat cū dicit. Maledict⁹ a deo est q̄ p̄s
det in ligno. Deut. 21. Ad de redēptor
re n̄ro paulus testā dicens: factus p̄ no
bis maledict⁹. Gal. 3. Per p̄phetas q̄
lignū adnūciat cū dicit: Dñs regnauit a
ligno. ps. 95. Et rursum. Mittamus lignū
in panē eius. Hier. 11. Per euangeliū ve
ro lignū crucis aperte ostēdit: vbi ipsa dñi
passio que p̄phata est declarat. Per apo
stolos autē hec eadē crux etiā in verbis et
opibus tenet cū paulus dicit. Mibi mū
dus crucifix⁹ est: et ego mūdo. Gal. 6. Et
rursum. Mibi autē absit gloriari nisi in cru
ce dñi n̄ri iesu x̄pi. Gal. 6. Nob̄ q̄ qui ad
eternā patriā tendim⁹: scriptura sacra per
quatuor suas facies aperte ostēdit: vbi ipsa dñi
ciat: q̄ nos ad terraz viuentū ligno por
tat. Nisi autē mari scripturā sacra silez cer
neret: p̄pheta minime dixisset. Repleta
est terra sciadn̄ sicut aque maris operien
tis. Esai. 11. Sequit̄.

L Et vna similitudo ipsaz quat
tuor. Et aspectus earū et opera
quasi si sit rota in medio rote.]
Vna similitudo est ipsaz quatuor. Quod quod p̄d
cat lex hoc etiā p̄phete. Ad denūciat p̄
phete: hoc exhibet euangeliū. Ad exhi
bit euangeliū hoc predicauerūt apli per
mūdū. Vna igit similitudo ipsaz quatuor.
Quia diuina eloq̄a et si r̄pibus distincta:
sunt tamē sensibus vnita. Et aspectus ea
rū: et opera quasi si sit rota in medio rote.
Nota intra rotam est testamentū nouū: si
cut diximus intra testamentū vetus: quia
q̄ designauit testm̄ vetus: hoc testm̄ no
uū exhibuit. Et est pauca de multis lo
quar. Quid est q̄ adā dormiēte: eua pro
ducit: Gen. 2. nisi q̄ moriente p̄ro eccle
sia format⁹? Quid est q̄ ysaac ad imolan
dū ducit: et ligna portat: are superimponi
tur et viuit. Gen. 22. nisi q̄ redēptor no
ster ad passionē ductus: lignū sibi crucis
ipse portauit: Et sic in sacrifi. lo pro nobis

ex humanitate est mortu⁹: et tamen limor
talis maneret ex diuinitate. Quid est q̄
homicida post mortē summi p̄rificis ab
solutus ad terrā propiā redijt. Josue. 20
nisi q̄ humanū genus quod peccādo sibi
meriti mortē intulit: post mortē veri sa
cerdotis: videlicet redēptor nostri pec
catorū suoz vinculis soluit: et in paradisi
possessionē reparat. Quid est q̄ taber
naculo propiciatorij fieri iubet: super q̄
duo cherubin: vnū a summitate vna et al
terū a summitate alia: ex auro mūdissimo
ponunt: expandētes alas et operiētes ora
culū: qui se mutuo respiciūt versis vultu
bus in propiciatorij. Exodi. 25. Nisi q̄
vtraq̄ testamēta ita sibi in mediatorē dei
et hominū congruūt: ut q̄ vnū designat:
hoc alterū exhibeat. Quid em̄ per propi
ciatorij: nisi ipse redemptor humani gene
ris designat? De quo per paulū dicitur:
Quē proposuit deus p̄piciationē per fi
dē in sanguine ipsius. Rom. 3. Quid ve
ro per duo cherubin que plenitudo scien
tie dicunt: nisi vtraq̄ testamēta signata
sunt: ex quibus vnū a summitate vna p̄
piciatorij: aliud vero a summitate altera
stat. Quia q̄ testamentū vetus de in car
natiōe nostri redemptoris cepit p̄pheta
do p̄mittere: hoc testamentū nouū perse
cte narrat expletū. Duo autē cherubin ex
auro mūdissimo facta sunt. Quia vtraq̄
testamēta pura ac simplici veritate descri
bit. Expandūt v̄o alas et oraculū operiūt
Quia nos qui ospotentis dei oraculū su
mus: a culpis iminentibus scripture sa
cre edificatiōe p̄regimur. Cui⁹ dñi sn̄as
sollicite aspiciunt: ab errore ignoratiē ei⁹
alis velamur. Duo v̄o cherubin in se ma
tuo respiciūt versis vultibus in p̄piciato
rij: quia vtraq̄ testamēta in nullo a se di
screpāt: et quasi ad semetip̄a vicissim faci
es tenēt: quia q̄ vnū p̄mittit: hoc aliud
exhibet: dū inter se postū mediatorē dei
et hominū vident. Facies quippe a semet
meritis cherubin auerterent: si q̄ vnum
testamentū p̄mitteret: aliud negaret. Sz
vnum cōcorditer de mediatorē dei et homi

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

nū locunf: vt viciffim fe respiciāt: impro-
piclatozū ingendūt. Nota ergo in medio
rote est: Quia inest testamento veteri te-
stamentū nouū. Et sicut sepe iam dixim⁹
qđ testamentū vetus pmiffit: hoc nouū ex-
hibuit: et qđ illud occulte denunciat: hoc
istud exhibitū aperte clamat. Propheeta
ergo testamēti noui: testamentū vetus est
et expositio testamēti veteris: testamentū
nouū. Sequitur.

D Per quattuor partes earuz
ibant: et nō reuertebant.]

Quo alibi diuina eloquia nifi ad corda
hominū vadūt: Sed per quattuor partes
eūtes ibant: quia scriptura sacra per legē
ad corda hominū vadit: signādo mysteri-
rū. Per pphetas vadit paulo aperti⁹ p-
phetando dñm. Per euangeliū vadit ex-
hibēdo qđ pphetauit. Per apostolos va-
dit predicādo eum quē pater in nostra re-
demptiōe exhibuit. Habēt ergo rote facti-
es et vias: quia ostendūt sacra eloquia no-
ticiā preceptoz cū exhibitione operū. Et
per quattuor partes vadūt: quia distincti
vt diximus tempibus locunf. Vel cer-
te quia in cūctis mūdi regionibus incar-
natū dominū predicant. De quibus aper-
te mox subditur.

**Et non reuertebantur cum
ambularent.]**

Hec superius de animalibus dicta sūt sed
non eadē intelligi de rotis que de animalibus
possunt. Rotas quippe signare testa-
mēta diximus. Et testamētū vetus am-
bulauit quidē: quia per predicatiōē ad
mentes hominū venit: sed post ad semet-
ipm reuersum est: qz iuxta litterā in prece-
ptis suis: et sacrificijs vsqz ad finē seruari
nō potuit. Non enī sine immutatiōe per-
mansit: cū in eo spiritalis intelligētia de-
fuit. Sed cū redemptor noster in mundū
vehit: hoc spiritaliter fecit intelligi: quod
carnaliter inuenit teneri. Itaqz dū spirita-
liter littera eius intelligit: omnis in eo, illa
carnalis exhibitio viuificat. Testamētū

vero nouū etiā per testamēti veteris pg-
ginas testamētū eternū appellatum est:
quia intellectus illius nunq̄ mutat. Be-
ne ergo dicit qđ rote eūtes ibant et non re-
uertebant cū ambularet: quia nouū testa-
mētū non rescindit: dū vetus iam spiri-
tally intellectum tenet. Post se non re-
deūt: que als quia vsqz ad finem mūdi im-
mutabilia persistūt. Ambulant ergo: sed
nō reuertūt: quia sic spiritaliter ad cor: no-
strū ventūt: vt eoz precepta vel studia vl-
terius nō mutent. Sequit.

E Statura quoqz erat rotis et
altiludo horribilis aspectus.

Quid est qđ scripture sacre eloquijs tria
hec inesse narrant: vt staturā: altitudinē:
et horribilē aspectū: id est terribilē habe-
re memorēt. Querendū nobis magno-
pere est que diuine scripture statura: que
altiludo: quis horribilis aspectus dicit?
Sciendū ergo est: quia stare ad vitā con-
gruit bene operātis. Unde per paulū dicit.
Qui stat videat ne cadat. 1. Corinth.
10. Qui etiā discipulis dicit: Sic stare in
dño charissimi. Phil. 4. Et propheta:
qui se vita ac moribus ante dominū stare
videbat: ait: Aluit dñs in culus cōspectu
sto. 4. Regū. 3. Altiludo vero est celestif
regni pmiffio: ad quā tūc pertingit: quā-
do iam mortalis vite omnī als omnis cor-
ruptio subiugat. Horribilis vero aspect⁹
est terror gehēne: que sine fine reprobos
cruciat: et semp in cruciatu cōseruat. Sta-
tura ergo in rectitudine pceptiōis als pre-
dicatiōis est. Altiludo in celsitudine iup-
ne pmiffionis. Horribilis vero aspectus
in penis als minis atqz terroribus suppli-
cij sequētis. Scriptura igit sacra staturā
habet: qz mores ad standū dirigit: vt au-
ditoz mentes ad terrenā concupiscentiā
nō curuent. Altiludinē habet: quia in ce-
lesti patria eterne vite gaudia promittit.
Horribilem quoqz aspectum habet: quia
omnibus reprobis gehēne supplicia mi-
natur. Ostendit igitur staturam suam in
edificatiōe morum. Ostendit altiludinē

in pmissioe premioꝝ. **S**tendit horribi-
lem aspectū in terroribus supplicioꝝ. **R**e-
cta est em̄ in preceptis: alta in pmissioni-
bus: horribilis in penis: als nimis. **H**ab-
bet staturā cum per pphetā dicit: **Q**ue-
scite agere puerse: discite benefacere:
Esaie. 1. querite iudiciū: subuenite oppres-
so: iudicate pupillo: desedite viduā. **I**bi-
dē. **E**t rursus. **F**rango esuriēt panē tuū
et egenos vagosq; induc in domū tuā: euz
videris nudū operi eū: et domesticos semi-
nis tui ne despexeris. **E**saie. 58. **H**abet al-
titudinē cum per eundē pphetā dicit:
Non erit tibi amplius sol ad lucendū per-
diē: nec splendor lune illuminabit te: sed
erit tibi dñs in lucem sempiternā: et deus
tu⁹ in gloriā tuā. **E**saie. 60. **H**abet horri-
bilē aspectū: cum infernū describēs dicit:
Dies vitionis dñi: annus retributiōis iu-
dicii syon: et conuertent torrentes eius in
picē: et humus ei⁹ in sulphurē: et erit res-
ra eius in picē ardentē: nocte et die nō ex-
tinguet in sempiternū. **E**saie. 34. **Q**uoz
beatus quoq; **J**ob describit dicens: **T**er-
rā tenebrosam et operā mortis caligine:
terrā miserie et tenebrarū: vbi umbra mor-
tis et nullus ordo: sed sempiternus horroz
inhabitās. **J**ob. 1. **H**abet staturā cum per-
eum dñs propicius pollicet dicens: **S**i-
cut celi noui et terra noua que ego stare fa-
cio corā me dicit domin⁹: sic stabit semen
vestrū et nomen vestrū. **E**saie vlt. **A**lli em̄
veraciter corā domino stant: qui vitā suā
in prauitate nō dissipāt. **H**abet altitudi-
nem cum statim subdit. **E**t erit mensis ex
mense: et sabbatū ex sabbato: et venit om-
nis caro vt adoret corā facie mea dicit do-
minus. **I**bidē. **Q**uid est mensis: nisi per-
fectio dieꝝ? **E**t quid est sabbatū: nisi qui-
es: in qua fieri opus seruile non liceat?
Mensis ergo ex mense est: quia qui hic p-
fecte uiuūt: illuc ad perfectionē glorie per-
ducunt. **S**abbatū vero ex sabbato est: qz
qui hic cessant a peruerso opere: illic quie-
scūt in celesti retributiōe. **H**abet etiā hor-
ribilem aspectū cum p̄tinus adiūgit. **E**t
egredient et videbūt cadauera viuoꝝ qui

preuaricati sunt in me. **I**bidē. **A**eris
eoz non moriet et ignis eoz nō extingue-
tur. **I**bidē. **Q**uid em̄ horribilius dicit:
quid cogitari potest q̄ dampnatiōis vul-
nera suscipere: et dolores vulnerū nunq̄
 finire. **D**e hoc horribili aspectu rotaz be-
ne per **Z**ophoniā dicit. **L**uz superuenire
duris mētibus dies iudicii denūciat. **I**n-
tra est dies dñi magnus: iuxta et velox ni-
mis. **H**oc diei dñi amara tribulabit ibi for-
tis. **D**ies ire dies illa: dies tribulatiōis et
angustie: dies calamitatis et miserie: dies
tenebrarū et caliginis: dies nebule et tur-
binis: dies tube et clangoris. **Z**ophon. 1.
Sed quia exterioris rote dicta posuim⁹:
restat nūc vt interioris quoq; staturā alti-
tudinē et horribilē aspectū proferre debeat
mus. **H**abet quippe rota interior staturā
suā: cum per sanctū euangeliū ad terrena
desideria incarnare nos prohibet redem-
ptoris nostri uocibus dicens: **A**tendite
vt non grauent corpora nostra in crapula
et ebrietate: aut in curris huius vite. **L**u-
ce. 21. **H**abet altitudinē euz de eodē redē-
ptore nostro p̄mittit dicens: **Q**uotquot
autē crediderūt in eū: dedit eis potestātē
filios dei fieri. **J**ohānis. 1. **Q**uid em̄ hac
potestati altius? quid hac altitudine sub-
limius dici potest: in qua creat⁹ quisq; ef-
ficē filius creatoris. **H**abet horribilē as-
pectū cū reprobis loquit dicens: **I**stī in
suppliciu eternū. **M**ar. 25. **H**abet statu-
ram cū veritatis discipulos admonet di-
cens: **V**endite que possidetis et date ele-
mosynā: facite uobis sacculos nō veteras-
centes. **L**uce. 12. **H**abet p̄missionis al-
titudinē cū dicit: **V**eniet ab oriente et occi-
dente: et recūbent cū abraam ysaac et ia-
bo in regno celoꝝ. **M**ar. 8. **H**abet hor-
ribilē aspectū cum subdit. **F**ilij autem res-
gni eisciet in tenebras exteriores: ibi erit
fletus et stridor dentū. **I**bid. **Q**uid⁹ rur-
sum voce veritatis dicit: **V**os in peccatis
vestris moriemini. **J**obis. 8. **H**abet statu-
ram cū primi pastoris uocibus dicit: **M**is-
istrate in fide uestra virtutē: in virtute
autē scientiā: in scientiā autē abstinentiā.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

In abstinentia autē patientiā: in patientia autē pietatē: in pietate autē amorē fraternitatis: in amore autē fraternitatis charitatem. 2. Petri. 1. Habet altitudinē cū paulo post dicit. Sic em̄ abundatē ministrabit vobis introitus in eternū regnū dñi ⁊ saluatoris nostris iesu xpi. Ibidē. Qui rursus bonis pastorib⁹ pollicet̄ dicens. Luz apparuerit p̄nceps pastoz percipietis inmarcessibilē glorie coronā. Habet horribilē aspectū cū dicit. Aduentet autē dies dñi vt fur: in qua celi magno impetu trāsi hūt: elementa vero calore soluent̄. 2. Petri. 3. Cum hec igit̄ om̄ia dissoluēda sint: quales oportet nos esse in sanctis uersationibus ⁊ pietatibus: expectātes ⁊ propere in aduentū diei dei: per quā celi ardentes soluent̄: elementa vero ignis ardore tabescēt. Habet staturā cum per paulū nos a terrenis desiderijs erigit dicens. Mortificate mēbra vestra que sunt super terrā: fornicationē: immundiciā: libidinē: cupiscentiā malā: ⁊ auariciā que est idolorū seruitus. Col. 3. Habet altitudinē cū promittit dicens: Vita vestra abscondita est cum xpo in deo. Cum em̄ xps apparuerit vita vestra tunc ⁊ vos apparebitis cū ipso in gloria. Ibidē. Habet horribilē aspectū cum minat̄ dicens: In reuelatiōe dñi nostri iesu xpi de celo: cū angelis virtutib⁹ eius in flamma ignis uenētis dantis vindictā his qui nō nouerūt deū: ⁊ qui nō obediūt euangelio dñi nostri iesu xpi: qui penas dabunt in interitū eternas a facie dñi: ⁊ a gloria virtutis eius. 1. Thessal. 1. Habet staturā cū nos admonet dicens: Videte ne quis alicui malū p̄ malo reddat: sed semper qđ bonū est sectamini in inuicē ⁊ in om̄es. 1. Thessal. 5. Habet altitudinē cū promittit dicens: Si cōmorimur ⁊ cōtinuemus si sustinemus ⁊ cōregnabimus. Ro. 8. Et rursus. Non sunt cōdigne passiones hui⁹ temp̄is ad futurā gloriā: que reuelabit̄ in nobis. Ibidē. Habet horribilē aspectū cū minat̄ dicens: Terribilis que dam expectatio iudicij: ⁊ ignis emulatio que cōsumptura est aduersarios. Heb. 5.

Qui rursus ait: Horrendū est incidere in man⁹ dei uinētis. Que om̄ia breui quosq; sentētia stringit dicens: Et possitis cōspicere cū omnibus sanctis: que sit latitudo ⁊ longitudo: sublimitas: ⁊ profundū. Quia quippe est charitas: quia inimicorū dilectionē capit: ⁊ per eam charitatez qua nos omnipotens deus late diligit: etiam lōganimit̄er portat. Hoc ergo nos debemus exhibere p̄ximis: qđ indignis nobis a creatore nostro cōspicimus exhiberi. Latitudo itaq; ⁊ longitudo ad staturā pertinet: quia per amorē mores dilatat: vt fraterna mala charitas lōganimit̄er portet. Sublimitas autē est eternoz illa remuneratio premioz: de cui⁹ immensitate dicit: Quia nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que p̄parauit deus diligētibus se. Habet ergo in sublimitate altitudinē: quia eterna sanctorū gaudia nulla nūc preualēt cogitatione penetrari. Profundū quoq; est illa inestimabilis dampnatio supplicioz: que eos quos suscepit in imis demergit. In quibus sacra eloquia horribilē aspectum habēt: quia inestimabilē terrore audientibus incutiūt cum supplicia inferi loquuntur. Bene ergo dicit̄.

Statura quoq; erat rotis ⁊ altitudo ⁊ horribilis aspectus.]

Quia scriptura sacra in utroq; testamento ⁊ ammonēdo recta est: ⁊ promittēdo alta ⁊ minando terribilis. Nec nos fratres charissimi hodierna die largiēte domino dixisse sufficiat: vt ad differenda que sub iuncta sunt ocio reparati redeamus: in aurore omnium ⁊ domino nostro iesu xpo cōfidentes. Qui uiuit ⁊ regnat cū patre in unitate spiritus sancti deus: per om̄ia secula seculorum amen.

Explicit omelia. VI.

Incipit Omelia. VII. que interpretatur in primo capitulo:

ab illa parte. Et totum corpus plenum oculis etc. vsq; ad illam partem. Et audiebam sonū alarum: quasi sonū aquarum multarum.]

A
Sicut notis fratres charissimi consuetudo prophetie est nunc ista: nunc illa conspiceret: et ab aliis in aliud subito verba deriuare. Sicut psalmista cum de domino loqueretur dixit: Deus iudex iustus: fortis longanimitas: nūquid irasceret per singulos dies? **H**is conuertimini: gladium suum vibrauit arcum suū tetendit: et parauit illum: et in ipso parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. ps. 7. Repete subiūxit. **C**oncepit dolorem et peperit iniquitatem. **L**acum aperuit et offodit eum: et incidit in foueam quam fecit. **E**cce cum domini narraret iusticia: quasi non mutata voce repetere peccatoris intulit culpam. **Q**uod vni me exēpli causa dixisse sufficiat. **Q**uia quisquis in prophetis usum lectionis habet: quam crebro ista faciant non ignorat. **U**nde nunc **E**zechiel propheta cum de rotis loqueretur adiunxit.

Et totū corpus plenū oculis in circuitu ipsorū quattuor.]

Qui enim non ipsarū sed ipsorū dixit: profecto indicat: quia repetere sermo eius a rotis ad animalia rediit: per que nimirum perfecti quique ut predictum est: designant. **C**orpora itaque animalium itcirco plena oculis deseriunt: quia sanctorum actio ab omni parte circūspecta est: bona desiderabiliter prouidēs: mala solerter cauēs. **E**t hoc est laboriosus: ubi alius quia sanctorum mens vehementer inuigilat: ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondat. **C**ircūspecta ergo est vita sanctorum: ne sic sit libera ut superba sit: quia sepe superbia excēdit in verbis et videri appetit libertas puritatis. **H**ec sic sit humilis ut formidolosa quia timor aliquando restringit animū ut

loqui que recta sunt non presumat. **S**ed tamen in ipsa timida cogitatione humilitatem esse se simulat. **H**ec sic sit parca: ut tenax sit: quia plerumque tenacia parsimonia appetit estimari: ut iuste ac necessarie videatur tenere: quicquid egentis proximo misericorditer non vult impendere. **H**ec sic sit misericors ut effusa sit: quia non nunquam effusio esse se misericordiaz putat. **A**liud est enim pietatis studio necessaria proximo dare: atque aliud ea que possident sine mercedis intentione dispergere. **Q**uicquid ergo agitur in radice intentionis pensandum est: quo merito apud iudicium creatoris habeatur. **U**nde et isdem creator dicit. **S**i oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum lucidum erit. **M**atth. 6. **O**culum videlicet intentione: corpus vero actionem nominans. **Q**uia si nostra intentio apud deum simplex fuerit: in eius iudicia nostra actio tenebrosa non erit. **I**gitur: quia sancti viri solerter inuigilant: ut se vniuersis aspiciant: et vbiq; custodiant: ne aut mala propter ipsa appetant: aut hec eadem sub specie bonorum agant: scilicet ne se eis vicia virtutes esse mentiantur: totum corpus plenum in circuitu oculis habent: quia omnis eorum actio prouidentia sollicitudinis et repletur et circumdatur. **H**inc enim quod paulus apostolus dum cuidam penitenti de peccato facinoroso corinthios prospiceret voluisse misereri ait: **S**i cui aliquid donastis et ego: nā et ego quod donauit propter vos in persona christi: ut non circumuentumur a sathana. **N**on enim ignoramus cogitationes eius. **2. Corinth. 2.** **S**i enim parcendum erat: cur se humilitate tanta voluerat discipulorum magister egregius sociat: ut neque ipse a discipulis: neque ab eo discipuli in compassionis causa diuisi viderentur: **H**is quia sollicito prouidente oculo attendit: quod plerumque dum alter donat: alter irascit. **E**t quale est iam misericordie sacrificium quod cum discordia proximo offertur. **U**nde recte ait. **E**t non circumuentumur a sathana. **N**on enim igno-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ramus cogitationes eius. Quia videlicet inde in alterius corde rixae malū solet immittere: vnde alterū conspicit pietatis negociū fecisse. Imperfectū enim bonū est quōd sic agit: vt ne quid ei ex alio latere male surrepat nō attendat: nisi forte hoc quōd sine cuiuspiā scandalo fieri nō potest culpa sit nō fecisse. Hoc vero ideo dicim⁹: vt notū vestre dilectōi faciamus: quia in nostro bono opere aliquādo cauendū est scādālū proximi: aliquādo vero p̄ nihilo cōtempnendū. Quid in ip̄o nostro auctore vidicim⁹: quōd dū tributū petro inquisito petere p̄us paradigma p̄posuit: per quōd se nihil debere respōdit dicens: Reges terre a quibus accipiūt tributū vel censum a filijs suis an ab alienis. Math. 17. Cui cū diceret ab alienis: ilico respōdit. Ergo liberi sunt filij. Sed postquā se liberum esse monstrauit: ne fortasse scādālū cuiquā faceret subdit. At autē nō scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamū et eū piscem qui primus ascēderit: tolle et apertore eius inuenies staturē: illū sumens da illū eis pro me et te. Qui rursū cū diceret: Quia omne quod in os intrat nō coinquinat hominē. Tunc accedētes discipuli dixerunt ei: Scis: quia pharisei audito verbo scādālizati sunt? At ille respōdens ait: Omnis plantatio quā nō plantauit pater meus celestis eradicabit: sinite illos: ceci sunt: et duces cocoy. Math. 15. Ecce magistra veritas ne in quorundā cordib⁹ scādālū gigneret: quod nō debuit tributū dedit. Et rursū: quia generari scādālū in quorundā cordibus cōtra veritatem vidit in suo eos scādalo remanere permisit. Ex qua re nobis cōsiderandū est: quia inquantū sine peccato possum⁹: vitare p̄ximoy scādālū debemus. Si autē de veritate scādālū sumis: vtilius permittitur nasci scādālū quā veritas relinquat. Corpora ergo animalū plena sunt oculis: cū se hinc inde caute circūspiciūt. Sed scēdū nobis est: quia sepe dū alios reprobos alij alijs rebus intendimus: fit vt alia negligamus. Et vbi negligimus: ibi p̄cul-

dubio oculū non habemus. Nam phariseus ille qui ascēderat in templū ozare: testante euāgelio: quōd dixit cognouimus. At em̄: deus gratias tibi ago. Luc. 18. Recte autē gr̄as deo agebat: a quo acceptarat bona que fecerat. Qui etiā subiūgit. Quia nō sum sicut ceteri hominū raptores: iniusti: adulteri: velut etiā hic publicanus: ieiuno bis in sabbato: decimas de omnī que possideo. Ecce ad exhibendā abstinentiā: ad impendendā misericordiā ad referēdas deo gratias oculū pharise⁹ habuerat: sed ad hūilitatis custodiā oculū nō habebat. Et quid p̄dest quod cōtra hostiū insidias pene tota ciuitas caute custodit: si vnū foramen apertū relinquit: vnde ab hostibus intret? Quid ergo prodest custodia que pene vbiq; circūponit: quādo inimicis tota ciuitas per neglectū locutiōis alij loci vnus aperitur. Phariseus autē qui ieiuniū exhibuit: decimas dedit: deo gratias retulit: quasi pene per circuitū in sue ciuitatis custodiam vigilauit. Sed quia vnū in se foramen superbie nō attendit: sibi hostē pertulit: vbi per negligentīā oculum clausit. Quia ergo sanctorū mētes vndiq; se circūspicientes inuigilāt: atq; in omni suo opere paup̄ris et sollicitudinis oculū circūducunt: ne aut praua agāt: aut recta que p̄cepta sunt nō agant: aut bonis actib⁹ expletis in suis cogitatiōibus intumescāt: et tanto grauius offendāt: quātoq; iusti vident foris et occultius peccāt. Recte dicit.

Totum corpus eorum plenum oculis in circuitu.]

Sciendū quoq; q̄ in translatiōe veteri non habet. Totū corpus eoy plenum oculis in circuitu: sed dicit:

Dorsis eorum plena oculis.]

Que videlicet sentētia ab edificatiōis intellectu non discrepat. Ea em̄ que sunt in facie: sepe etiā peccatores homines custodire solēt. Iusti autē viri: q̄ se et in eis custodiūt que in promptu et in facie nō vident in dorsis oculos habere referuntur.

Qui ergo et ea que in oculis sunt discuntur: atque ab ipsis se custodiunt: que late profecto oculos in dorsis habent. Quod tamē intelligi et aliter potest. Quia ea que sunt ante faciem nostram videmus: dorsum autē nostrum alius in nobis videt: et nos videre non possumus. Quia autē sancti viri solenter se aspiciunt: in quibus ab alijs iudicari possunt: et districte se videt: sicut sepe districte ab alijs vident: qui in se: nec ea que latere portant ignorant: lumē in dorsis portant. Sequitur.

B Cumque ambularent animalia ambulabant pariter et rote iuxta ea. Et cum eleuarentur animalia de terra: eleuabant simul et rote.]

Ambulant animalia cum sancti viri in scriptura sacra intelligunt: quemadmodum moraliter viuunt. Eleuant vero a terra animalia: cum sancti viri se in cōtemplatione suspendunt. Et quia vnusquisque sanctorum quantum ipse in scriptura sacra profecerit: tanto hec eadem scriptura sacra proficit apud ipsum. Recte dicitur. Cum ambularet animalia ambulabant pariter et rote: et cum eleuarent animalia de terra: eleuabant simul et rote. Quia diuina eloquia cum legente crescunt. Nam tanto illa quisque altius intelligit: quanto in eis altius intendit. Unde nec eleuantur rote si non eleuant animalia. Quia nisi legentium mentes ad alta profecerint: diuina dicta velut in limis non intellecta iacent. Cum enim legenti cuiuslibet sermo scripture sacre (si tepidus videatur sensus diuini eloquii) eius mentem non excitat: et in cogitatione sua nullo intellectus lumine emicat: rota et ociosa et in terra est: quia animal non eleuat a terra. Ac vero si animal ambulet: id est bene viuendi ordinem querat: et per gressum alius profectum ordinis inueniat: quem admodum gressum boni operis ponat: ambulat pariter et rote: quod tantum in sacro eloquio profectum inuenit: quantum apud illud ipse profecerit. Si enim pennatum animal sese in

contemplatione tēderet: alius tēderet: rote pariter a terra subleuantur alius subleuantur: quod tēre non esse intelligis: que pariter in sacro eloquio iuxta terrenum morem dicta credidisti. Fitque ut scripture sacre verba esse celestia sentias: si accensus per cōtemplationis gratiam temetipsum ad celestia suspēdas. Et mira atque ineffabilis sacri eloquii virtus agnoscitur: cum superno amore legentis animus penetrat. Quia ergo animal ad alta se subleuat: rote volat. Sequitur.

Quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu et rote pariter leuabant sequentes eum.]

Quo enim spiritus legentis tendit: illuc et diuina eloquia leuantur. Quia si in eis aliquid videndo et sentiendo quaeris: hec eadem sacra eloquia tecum crescunt: tecum in altioribus ascendunt. Bene autem de eisdem rotis dicitur. Sequentes eum. Regentis enim spiritus si quid in eis sacre morale aut historicum querit: sensus huius moralis historie sequitur. Si quid typicum: more figurata locutio agnoscitur. Si quid cōtemplatiuum: statim rote quasi penas accipiunt: et in aere suspendunt: quia in verbis sacri eloquii intelligentia celestis aperitur. Quocumque ergo ibat spiritus: illuc eunte spiritu et rote pariter leuabant sequentes eum. Rote enim spiritum sequuntur: quia verba sacri eloquii (ut sepe iam dictum est) iuxta sensum legentium per intellectum crescunt. In vna enim eademque scripture sententia alius sola historia pasceatur: alius typica: alius vero intelligentiam per typum cōtemplationem alius cōtemplatiua querit. Et fit plerumque (ut sicut dictum est) in vna eademque sententia cuncta simul tria valeant inueniri. Moyses enim cum de arde rubo vocatus fuisset: accessit propius ut videret visum: et ecce rubus ardebat et non consumebar. Magnū est hoc miraculum. Si solā in eo historia requiras: est vnde legentis nutrietur animus: ut videas quid in ligno ignis ardeat: et non consumat. At vero si typicam intelligentiam queras: quid flamma: nisi legem de qua scriptum est.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

In dextera eius ignea lex. Deutero. 33.
Et quid rubus ille: nisi iudaicū populū
designauit: peccatorū suorū spīnis oblitū?
Sed rubus ardēs consumi nō potuit: qz
iudaicus populus et ignē quidē legis ac-
cepit: et tamē peccatorū suorū spīnas nō de-
seruit: nec eius vicia diuini sermonis flā-
ma cōcremavit. Fortasse in hoc facto ali-
us maiora per typū cōtemplari desiderat
huius quia sensus excrescit: eleuant pari-
ter et rote. Inter hoīes em̄ perfectus ho-
mo factus est vnicus dei fili⁹: qui sua pec-
cata nō habuit: sed spīnas nostre nequi-
cie suscepit: vsq; ad passionem pro nobis
humillari dignatus est: et in semetipso ig-
nē tribulatiōis nostre suscipere. Sed ar-
sit et nō arsit: quia et ex humilitate est mor-
tuus: et tamē immortalis ex diuinitate per-
mansit. Suscepit a nobis vnde sacrificiū
fieret pro nobis: et tamen impassibilis atq;
incōmutabilis permāsit in pprijs vt nos
cōmutaret a nostris. Alius fortasse hysto-
rie mortalitātē atq; per allegorie intelli-
gentiā cōtemplationē requirit: patet cū
ctis iuxta hystoriā hoc qd in lege scriptū
est: vt turtur que pro peccato offerret: retor-
queat caput eius ad pēnulas ita vt collo-
inhereat: et nō penitus abrupat. Leui.
1. et. 5. In quibus verbis dubius legētib⁹
sens⁹ hystoricus nō est: sed si hec intelli-
ge re moraliter requiras: agit rota dñi ad mo-
ralē intelligentiā ducit sacri verbi sentē-
tia. Hos em̄ ipsi in omnipotentis dei sacri-
ficio esse turtur debemus: ita vt caput no-
strū retorqueat ad pēnulas: id est anim⁹
ad virtutes. Non em̄ immerito per caput
mentē intelligimus: quia sicut caput cor-
pus: ita mēs actiōes regit. Sed caput ad
pēnulas retorqueri precipit: vt ea que di-
cis facias: et os ad opera iungas. Nec ita
caput abscedendū est: vt a corpe diuidat:
sed ex parte decissum corpi suo iubeat inhe-
rere. Quia videlz mens nostra a carnali
delectatiōe incidenda est: sed a carnali
necessaria incidenda non est. Hinc em̄
scriptū est. Carnis curā ne feceritis in de-
siderijs. Rom. 13. Que ergo in desiderijs

is fieri prohibet: proculdubio in necessitate
cōcedit. Caput ergo turturis ex parte ab-
scisum sit: et ex parte inhereat: vt sicut vi-
ctū est: et a voluptate carnis mens nostra
incisa sit: et tamē a necessitate nō sit absci-
sa. Quod si hoc sacrificij genus sub typi-
ca redēptoris nostri intelligentia alius ad
cōtemplationē requirat. Ascēdat ergo ad
fortiora animus: eleuent anīma: vt eleuē-
tur pariter et rote. Quis em̄ caput nostrū
est: nisi redēptor generis humani: de quo
scriptū est. Ip̄m dedit caput supra om̄nē
ecclesiā que est corpus ip̄ius. Ephes. 2.
Quē cū iudei persequerent: nomē eius
delere de terra conati sunt. Quis euz cru-
cifixū et sepultū viderent: hūc se ab amore
omniū decidisse als diuississe crediderunt.
Sed caput turturis et incisū est: et tamen
a suo corpe diuisus nō est. Quia ex eo qd
pro nobis mortē pertulit: om̄es nos sibi ve-
rius in ip̄a sua morte iunxit. Et per hoc
qd se nostris oculis visibiliter subtraxit:
nostris se mentibus visibiliter radicauit.
Caput ergo turturis incisū indest corpo-
ri: quia pro nobis quidē redemptor: nos
passus est: sed a nobis separatus per pas-
sionē nō est. Quia igit dicta sacri eloquiū
cū legentiū spū excrescit: recte nūc dicit:

**Quocūq; ibat spiritus illuc
eūte spiritu: et rote pariter leua-
bant sequentes eum.]**

Et subditur.

Spūs em̄ vite erat in rotis.

In rotis em̄ spiritus vite est: qz per sa-
cra eloq̄a dono spūs viuificamur: vt mor-
tiferā a nobis opera repellamus. Ip̄otest
em̄ intelligi: quia spūs vadit: cū legentiū
animū diuersis modis et ordinib⁹ tangit
deus: quādo hūc per verba sacri eloquiū
modo in zelo excitās ad vltionem erigit
modo ad patientiā mitigat: modo in pre-
dicationē instruit: modo ad penitētie las-
mēra cōpungit. Sed curram⁹ breuiter
per hec eadē verba que dixim⁹: et viden-
mus quō sequit rote spiritū: qui vite spūs
ritus dicit: et rotis inesse perhibet. Tertē

A legentis animū spūs vite in zeli feruore
 tetigerit: p̄tinus in sacris eloquijs videt
 q̄d moyses ad castra rediēs: et populū per
 ydola peccasse cognoscēs. Hūc per seruo
 rē spūs gladijs strauit. Exo. 33. Q̄d sine
 es persequēdo luxuriā irā dñi gladio pla
 cavit. Num. 25. Q̄d petrus mētientes si
 bimet verbo perculit et occidit. Actu. 5.
 Q̄d paulus negligētibus discipulis vir
 gā minat. 1. Cor. 4. Si spūs vite legētis
 aīm ad seruandā patientiā tangit: statim
 sequit̄ et rote. Quia in sacris eloquijs in
 uenit: q̄d moyses et aaron cū loquētes re
 cta persecutionē populi passi sūt: ad taber
 naculū cucurrerūt p̄ ip̄o populo exorātes
 quē fugebāt. Num. 20. Sancta aut̄ eoz
 mēs et timorē su puenentiū als supbien
 tiū perculit: et tñ p̄ra eos ad odiū nō eru
 pit. Paritētia est vera est que et ip̄m amat
 quē ponat. Nā tolerare sed odisse nō est
 virtus māsuētū dīs: sed velamentū furo
 ris. In eisdem q̄s eloquijs inuenit: q̄ sa
 muel de p̄ncipatus culmie delectus: oraf
 se se etiā p̄ deiciētibus p̄stet. 1. Reg. 8
 q̄d nemo sanctor̄ ad celestē gloriā nisi pa
 tientia seruādo peruenit. Q̄d ipse auctor
 ac redemptor generis hūani sputa: cola
 phos: spineā coronā: cruce: lanceā peru
 lit: et tñ p̄ persecutoribus orauit. Si vite
 spūs legentis aīm ad studiū predicatiōis
 excitat: statim secunt̄ et rote. Quia in sa
 cris eloquijs inuenit moyses lubēte dño
 cōtra egypti regē in quātis se predicatio
 nis als predicatiōibus libere verbis ere
 git. Exo. 15. Q̄d steffan⁹ iudeis perfidis
 diceret: Vos semp̄ spiritui scō resististis.
 Act. 7. nec inter lapides timuit. Q̄d pe
 trus fustibus cesus: ne in noīe iesu loque
 ret̄ cū magna libertate respōdit. Oportet
 obedire deo magis q̄ hominibus. Act. 5.
 Q̄d paulus cathenar̄ vinculis stringit̄:
 s; tñ verbū dei nō ē alligatū. Phil. 1. Si
 vite spūs ad penitētie lamēta cōpungit:
 secunt̄ p̄tinus rote: cū scripture sacre ver
 ba dauid penitētia p̄ferūt: q̄d rex resp̄hen
 sus a p̄pheta: q̄ subiectus celesti regi nō
 fuit: subiecto increpātū nō erubuit cōfite

ri q̄d fecit. 2. Reg. 12. Q̄d publicanus
 qui reatū sue nequicie cognouit: et si inlu
 stus ad templū venit: iustificatus a tēplo
 redijt. Luce. 18. Q̄d petrus negatiōis
 maculas lachrymis lauit. Mat. 26. Q̄d
 latro qui in cruce cognouit culpā: in ipsa
 tā morte inuenit veniā. Luc. 23. De qui
 bus adhuc rotis eadem p̄pheta replicat
 atq; subiungit.

**Cum eūtib⁹ ibant: et cū stan
 tib⁹ stabāt: et cū eleuatis a terra
 pariter eleuabant̄ et rote sequē
 tes ea: q̄ spūs vite erat in rotis.**

Hec sicut nostis frēs charissimi ex maxima
 parte iā dicta sūt: sed iterata descriptiōe
 narrant. Hec nos itaq; pigeat eadē breuē
 ter exponēdo repetere: que spūs per pro
 phetam dignatus est replicādo narrare.
 Hoc est solum in his verbis nouū addit als
 dicit̄: q̄d dictū est. Cū stantibus stabant.
 Sunt aut̄ quidā qui vsq; ad hoc p̄ficiūt:
 vt trena que accipiūt: bene dispēsare nō
 uerūt: misericordie optibus intendāt: op
 pressis subueniāt. Vt videlz vadūt: in eo
 q̄d se ad p̄ximū utilitatē tendūt. Luz his
 ergo rote gradiūt: q̄ sacra eloquia dicto
 rū suor̄ passus in eius itinere disponunt.
 Et sunt alij qui fidē quā acceperūt: ita ad
 tenendū fortes sunt: vt aduersis quibus
 q̄ resistere valeāt: et non solū minime ad
 peruersitatē trahūt perfidie: sed etiā per
 uersa loquētes ipugnēt: eosq; ad rectitu
 dinē pertrahāt. Cum istis stantib⁹ stante
 etiā rote: q̄ in eis rectitudinē suam sacrē
 eloquiū verba cōfirmāt: cū in eis audiūt.
 Stare et tenere traditiōes quas didicistis
 2. Thes. 2. Et rurū. Aduersari⁹ vester
 dyabolus tanq̄ leo rugiens circuit: que
 rens quē deuoret: cui resistite fortes in fi
 de. 1. Petri. 5. Et sunt alij qui omnia ter
 rena despiciūt: nulla que p̄tereūt posside
 re dignant̄: et in dei se vt predictū est p̄
 platiōe suspendūt. Cū his ergo eleuatis
 et rote pariter leuant̄: q̄ in quantum quisq;
 ad alta p̄fecerit: in tantū ei et sacra eloq̄a
 de altioribus locūtur. Vadunt ergo anis

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

malia ad utilitatē proximī: stant ad custodiam suis eleuant ad contemplationē dei. Sed et rote pariter vadūt: stant: et eleuantur: quia quesita sacra lectio talis inuenit qualis et sit ipse aquo querit. Ad actiuaz em̄ vitam p̄fecisti ambulat tecū. Ad imobilitatē atq; constantiā spiritus p̄fecisti: stat tecū. Ad contemplatiuā vitā per dei gratiam peruenisti volat tecum. Et rursum subditur:

Quia spūs vite erat in rotis.

Quid iccirco secūdo dicit vite spiritus in rotis esse: quia scripture sacre duo sunt testamenta: que vtraq; dei spiritus scribi voluit: vt nos ab ante morte liberaret. Vel certe: quia duo sunt p̄cepta charitatis: dilectio videlicet dei: et dilectio proximi: per que vtraq; nos sacre scripture dicitur viuificat. Secūdo ergo dicit: qd̄ spiritus vite erat in rotis: quia dilectionē dei et primi capimus in eloquijs diuis. Per p̄cepta em̄ scripture sacre reuolui: qui mortui in culpa iacebamus. Unde oī potenti dño per psalmistā dicit: In eteronō non obliuiscar iustificatiōes tuas: qz in ip̄is viuificasti me. ps. 118. Iustificatiōes em̄ p̄cepta dñi dicunt: in quib; nos corrigēdo iustificat. De quibus psalmista apertius dicit: In tuis iustificatiōibus meditabor: nō obliuiscar sermōes tuos. In eis itaq; nos viuificat: quia p̄ hec nobis spiritalē vitā demonstrat: eaq; als eamq; per affatū spiritus nostris mentibus infundit. Quid qz quortidie per donū gratie in electoz mentibus agit: spiritus vite erat in rotis. Hec nobis scriptura in tenebris vite p̄sentis facta est lumē itineris. Hinc etem̄ petrus ait: Qui bene facitis intrēdentes quasi lucerne lucētī in caliginoso loco. 1. Petri. 2. Hinc psalmista dicit: Lucerna pedib; meis verbū tuum dñi: et lumē semitis meis. ps. 118. Scimus tamē quia et ip̄a nobis nostra lucerna obscura est: nisi hāc nostris mentibus veritas illustret. Unde iterū psalmista ait: Quoniam tu illuminas lucernā meam: dñe deus meus illumina tenebras me

as. ps. 17. Quid em̄ lucerna ardēs: nisi lumen est: sed lumen rectū als creatū nobis nō lucet: nisi illuminet a lumine non creato. Quia ergo omnipotēs deus ad salutē nostrā sanctorū testamentoz dicit: et ip̄e creauit: et ip̄e apperuit: spūs vite erat in rotis. Sequitur.

Et similitudo sup capita animalū firmamenti: quasi aspectus cristalli horribilis extēti: super capita eoz desuper.]

Hec largiente dño duobus modis exponimus: vt lectoris iudicio quid eligendū censeat: relinquam. Possunt em̄ firmamenti nomie celestes potestates intelligi qd̄ firmamentū recte: quasi aspectus cristalli dicit: quia videlicet cristallus forte quidē nimis est: sed ex aqua solidatur. Et natura angelica quādo creata est liberum arbitriū accepit: vtrū vellet in humilitate persistere: et in omnipotentis dei cōspectu permanere. An ad superbiam labere: et a beatitudine cadere: per similitudinē aqua fuit. Sed quia cadētib; alijs sancti angelī in sua b̄itudine persistērūt: atq; hoc acceperūt in munere: vt iā cadere nō omnino nō possent: in eis natura sua quia iā duci als detici mutabiliter nō potest: quasi in magnitudine cristalli durata est. Ad cristallū horribile et extensū super capita animalū dicit: quia ille potestates angelice que omnipotentis dei cōspectui assūt: nobis adhuc in hac corruptōe positos: terribiles atq; pauēde sunt: quarū nūc gaudia quia sensum nostraz mentū excedūt: super capita animalū esse memoratur. Quis em̄ in carne corruptibili postul cōprehēdere valeat: que sit illa angeloz ineffabilis: et sine fine leticia: et que beatitudo sine defectu vultuz videre creatoris: atq; in eius delectatiōe sine inmutatiōe persistere. Potest autē firmamenti nomie ip̄e per figurā noster redēptoz intelligi: verus deus super omnia: et factus inter omnia homo perfectus: in quo natura nostra apud patrē cōfirmata est. De quo etiā per psalm

mista prophetando dicit: Fiat man⁹ tua
 super virū dextere tue: et super filiū homi-
 nis quē cōfirmasti tibi. ps. 79. Humana
 etenim natura prius q̄ a creatore omniū su-
 sciperet: terra erat. Nam firmamentū nō
 erat. Peccatori quippe homini dicitur est.
 Terra ea et in terrā ibis. Sen. 3. Et post
 q̄ assumpta est ab auctore omniū: atq; in
 celis subleuata: et super āgelos ducta: fir-
 mamentū facta est que terra fuit. Sed fir-
 mamentū qđ aspiciē cuius habeat simili-
 tudinē subinferē cū dicit: Quasi aspect⁹
 cristalli horribilis. Cristallū sicut dierum
 est ex aqua cōgelascit et robustū fit: scim⁹
 vero quanta sit aque mobilitas. Corpus
 autē redēptoris nostri: quia vsq; ad mor-
 tē passioni subiicitur: a que simile iuxta ali-
 quid fuit: quia nascēdo: crescēdo: lassescē-
 do: esuriendo: sitiendo: moriēdo vsq; ad
 passionē suā per momenta tempoz mobi-
 liter recurrit. Qui⁹ cursum ppheta intus-
 ens ait: Exultauit vt gigas ad currendā
 viam. ps. 18. Sed quia per resurrectionis
 sue gloriā ex ip̄a corruptio in incorru-
 ptiois virtute cōualuit: quasi cristalli mo-
 re ex aqua duruit: vt in illo et hec eadē na-
 tura esset: et ip̄a iam que fuerat corruptio-
 nis mutabilitas nō esset. Aqua ergo in cri-
 stallū versa est: quādo corruptiois eius in-
 firmitas per resurrectionē suā ad incorru-
 ptiois est firmitatē mutata. Sed notandū
 qđ hoc cristallū horribile: id est pauendū
 dicit. Quis autē nesciat cui⁹ pulchritu-
 dinis sit cristallū? Et mirū quomō in hoc
 cristallo cōueniat pulchritudo cū pauore
 Sed omnibus vera sciētibus cōstat: quia
 redēptor hūant generis cū iudex appa-
 ruērit: et speciosus iustis: et terribilis erit in-
 iustis: quē enī mansuetū aspiciunt electi:
 hūc eundē pauendū atq; terribilē conspi-
 ciunt reprobi. Sed hūc ideo tūc electi terri-
 bilē non videbūt: quia modo terrore illi-
 us cōsiderare nō cessant. Studiosē enī cō-
 siderant: q̄ terribilis ad iudiciz veniat:
 culpas antea actas desert: imminētes decli-
 nant. Pauore illius quotidie ante ocy-
 los mentis ponūt: et quādo tremēdus ap-

pareat: sine cessatiōe suspecti sunt: atq; qđ
 tidie timendo agūt: nequādo venerit per-
 timescat. Similitudo ergo super capita
 animalū firmamēti: quasi aspect⁹ cristallū
 horribilis. Et quia ip̄e pauor eius quē
 in suis cogitatiōibus tenent: eoz mentes
 ptegit. Recte subiungit. Extenti super
 capita eoz desuper. Firmamentū hoc qđ
 in similitudine cristalli super capita eoz
 animalū apparet: et horribile et extētū est:
 quia bonoz mentes vnde terret inde pro-
 tegit. Si enī pauendus in eoz cordibus
 nō esset: ptegor et modo a peccat: et post
 a supplicijs nō fuisset. Quia autē semper
 considerāt quis pauor ex iudicio imineat
 virtutū pennas in rectitudine cōseruant.
 Unde et apte mox subdit.

**Sub firmamento autē pēne
 eoz recte alterius ad alterū.]**

Tūc penne virtutū sub firmamēto recte
 sūt: qñ bonū quod alter habet: hoc alteri
 impendit: vt qui terrenā substantiā acces-
 pit: indigentis pximi inopiam subleuet.
 Qui do ctrine gratia plenus est: ignorā-
 tis pximi tenebras verbo sue predicatio-
 nis illustret. Qui tempali potestate sub-
 nimus est: oppressos a violentis releuet.
 Qui ppheticie spiritu plenus est: a vita p-
 ximi mala imminētia bona suadendo des-
 clinet. Qui gratiā creatiois accepit: in a-
 tercessiōe sua saluti infirmantiū pie et hu-
 militer impēdat. Qui a terrenis actibus
 libere soli deo vacare meruit: p delinquē-
 tibus pximis exoret. Fit autē sepe: vt qui
 terrena substantia nimis occupat: oratiō
 nō quantū debet inuigilet. Et fit plerūq;
 vt is qui exorandū dñm cūctis mūdi ones-
 ribus exutus vacat: sustentationē viuē-
 di nō habeat. Sed dñs diues porrigit ali-
 menti atq; vestimentū pauperi: et dñs pau-
 per orationē suā anime diuitis impendit:
 penne animalū recte alterius ad alterū
 tendūt. Nam dñs illi mibi verbū predica-
 tiōis exhibet: et lumen veritatis ex corde
 meo ignorātie tenebras expellit: dñs illi
 ego quia foras a mūdī huius porēte op-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

primis solatiū mee defensionis imparior
atq; hūc de violentis manibus euello: vi
cissim nobis pēnas nostras tēdimus: vt
nos affectu ⁊ ope vicaria ex bono qđ acce
pimus tangamus. Unde bene p̄mus pa
stor ammonet dicēs: Omnīū finis appro
pinquabit: estote itaq; prudētes: ⁊ vigila
te in oratiōibus. Ante oīa autē mutūā in
vobismetp̄s charitatē p̄tinuā habētes:
quia charitas operit multitudinē pecca
torū hospitalēs inuicē sine in murmuratiōi
bus vnusquisq; sicut accepit gratiā in al
terutrū illaz administrātes. i. Petri. 4.
Quod ergo apud ezechiele penna: hoc
qđ ille ait: Recte pēne alterius ad alteru
trū: hoc ecclesie pastor dicit: Vnusquisq;
sicut accepit gratiā in alterutrū illā admi
nistrātes. Penne em̄ nostre recte iā non
sunt: si ad vtilitatē nostrā solūmodo refle
ctunt. Sed tūc recte sunt: cū in vtilitatē
p̄ximi dirigitur qđ habem⁹. Quia em̄
bona nostra nō a nobis sūt: sed ab eo hec
accepimus: a quo factū est vt essemus tā:
to ea nobis nō debemus retinere priuata
quāto ea nobis aspiciunt ab auctore no
stro ad cōmunē vtilitatē parata. Unde re
cte petrus ap̄tus in exhortatiōe hui⁹ rei
subdit dicēs: Sicut boni dispensatores
multiformis gratie dei. Atq; adhuc dicit
tur: Si quis loquit̄ quasi sermones dei:
si quis ministrat tanq̄ ex virtute quā admi
nistrat deus. i. Petri. 4. Ac si aperte vi
cat: Humiliter impēdite bonū proximis:
qz scitis vobis non a vobis esse qđ habe
tis. Quelibet em̄ penna virtutis cū ad p̄
ximū impartiendo tendit: recta nō erit si
humilitate caruerit. Sequit̄

E Unumquodq; duabus alis
velabat corpus suū: ⁊ alterū si
militer velabatur.]

Quia per corpus actio: per alas vero
virtutes signantur: supra iam diximus.
Et cum dicat:

Sub firmamento autem pen

ne eorū recte alterius ad alterū.

Querendū est qualiter subdit. Unum
quodq; duabus alis velabat corpus suū.
Qua in re hoc patēter indicat: quia ⁊ pē
nas alias ad alterū tendebant: ⁊ tamen
duabus alis corpus p̄prium velabāt.
Quid est hoc: nisi quia sic deuentus vir
sutes quas accepimus alijs impenderet
vt ⁊ ea in quib⁹ peccauimus: nō desina
mus caute cogitare: ⁊ reatū nostrū quoti
die per timorē ⁊ penitentiā plangere. Du
as em̄ alas superius quibus corpus vela
tur: timorē ⁊ penitentiā diximus. Sic er
go in charitate crescimus: ⁊ pēnas ten
damus in p̄xios: vt nunq̄ desinam⁹ co
gitare ⁊ plangere nosmetip̄os. Penne tē
dant iuxta: penne cooperiāt corpora: vt
⁊ de bonis acribus prebeamus exēpla: ⁊
mala que egimus abscondāt a iudicio tis
morū ⁊ penitentiā. In translatiōe autē vete
ri de his alis dicitur:

Singulis due coniuncte ⁊ te
gentes corpora eorum.]

In quibus verbis intelligit̄: quia ⁊ ip̄e
erant pēne que iungebant alterius ad al
terū: ⁊ ip̄e que eorū corpora cooperiebant.
Quod per figuraz bene accipit̄: quia ille
nos virtutes apud omnipotentē deum pro
tegūt: quas ex charitate proximis impar
timur atq; coniugimus. Cum quibus dū
cōcorditer viuim⁹: mala que fecimus ves
lamus. Possunt ergo etiā per has alas
duo p̄cepta charitatis intelligi: Amor sc
licet dei ⁊ p̄ximi. Amādo em̄ deū nos
tra in nobis mala persequimur: id est cor
pus velamus. Diligēdo autem proximū
⁊ ei in quo prodesse possumus festinam⁹:
id est alas ad alterū tendimus. Hec autē
quod subdit. Et alterū similiter velabat̄:
in translatiōe veteri non habet. Et queri
potest: cur postq̄ dictus est. Unūquodq;
duabus alis velabat corpus suū. Subiū
gitur. Et alterū similiter velabat̄. Trans
latiōe autē septuaginta interpretū: a qui
le ⁊ theodotiōis ⁊ symmachi sollicitē per
scrutātes: nihil ex his verbis inuenim⁹.

Sed beati hieronymi scripturā legentes agnoui⁹: quia hāc sententiā in hebreā veritate ita positā: non quidē iuxta verbū sed iuxta sensum inuenit. Queri et est potest cur post q̄ dictum est. Anūquodq̄ velabat corpus suū. Statim subditur. Et alterū similiter velabat. Si enim diceret vnū ex altero: et alterū loquendi ratio statet. Postq̄ vero dictū est. Anūquodq̄. Cur addit: alterū cum in vnoquoq̄ omnes cōprehendunt? Sed si et perfectōrū vitā et proficiētū merita distinguimus: et vnūquodq̄ et alterū non irrationabiliter postū videmus. Qui em̄ et sua deslent: et virtutū pennas ad proximos in exemplū tendūt: pculdubio perfecti sunt. Sūt autē tē pleriq̄ paruulorū: qui eorū lachrymas conspiciūt et imitant: et q̄ nudi in suis peccatibus esse potuissent: sanctos vigilātiorezq̄ viros cōsiderant: mox suis peccatibus irati accendunt: vt plangent et in flammā ad penitentiā: atq̄ vt velare sanctos corpora sua conspiciūt: ita ip̄i quoq̄ lachrymarū suarum alis velant. Seipos em̄ magnis increpationibus ferūt: cur qui virtutes nō habēt peccata sua minime deplorant: si et illi adhuc plangere nō desistūt: qui iam virtutū pennas per exempla ad primos tendūt. In quibus verbis necesse est vt nos qui paruuli adhuc sumus perfectōrū semp et virtutes et lachrymas ante mētis nostre oculos ponam⁹: imitemur que in illis aspiciamus: vt dū ceperimus per incrementa crescere: possimus ab illo districto examine mala que fecimus: velare. In assiduis em̄ sletibus in quottidiana nostra penitentiā: habemus sacerdotē in celis qui interpellat pro nobis. De quo etiā per Iohannē dicit. Siquis peccauerit: aduocati habemus apud patrem iesum xpm̄ iustum: et ipse est p̄piciatio pro peccatis nostris. 1. Iobis. 2. Ecce exultat animus cū aduocati nostri potentia audimus. Sed exultationē nostrā hē rē remordet timor: quia ipse qui nobis aduocatus est: dicit iustus. Nos estī causas iniusticie habemus: iustus vero aduoca-

tus iniustas causas nullomodo suscipit: nec verba dare pro iniusticia consentit. Quid ergo agim⁹ charissimi fratres mei? Sed ecce occurrit animo quid agamus. Mala que fecimus: et deseramus et accusemus. Scriptū est. Iustus in principio accusator est sui. Proverb. 18. Quilibet etem̄ peccator cōuersus in sletibus iustus esse inchoat: cū ceperit accusare qd̄ fecit. Lum em̄ iustus nō sit: qui cōtra suam iniusticiam iam per lachrymas seuit. Iustus igit aduocatus noster iustos nos defēdit in iudicio: quia nosmetipos et cognoscimus: et accusam⁹ iniustos. Non ergo in sletibus nō in actib⁹ nostris: sed in aduocati nostri allegatiōe confidamus: vt iustitiam regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum Amen.

Explicit omelia. VII.

Incipit Omelia. VIII. que interpretat in primo capitulo: ab illa parte. Et audiebā sonū alarū et c. vsq̄ ad illam partem. Et audiui vocem loquētis in principio secūdi capitulo.]

Quod per exempla iustorū multū p̄ficiat: superioris locutionis sine tractatū est. Atq̄ hoc ip̄m p̄pheta nobis certius aperit: cū his que dixerat adiungit.

A Et audiebā sonū alarū quasi sonū aquarū multarū.]

Solent in sacro eloquio per aquas populi designari. Unde per Iohannē dicitur: Aque vero sunt populi. Recipro autē aquis popul⁹ designat: qz et in vita sonū habet ex tumultu carnis et q̄tidie defluit ex decursu mortalitatis. At autē sepe tā defiximus: ale animalū sūt virtutes sanctorū. Quid est ergo quod propheta alarū sonū audit: quasi sonū aquarū multarū: nisi quod ex omnipotentis dei pietate ille ale

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

virtutū que in paucis prius sanctis sona-
bāt: iam nūc predicatiōe diffusa: in multo-
rū populorū conuersatiōe resonāt. In car-
nato estī passo ac resurgente dño: pauca
pennata animalia fuerūt: quia rari valde
exiterūt qui celestia desiderarēt: et virtu-
tū pēnis se in alta suspenderēt. Sed post
q̄ diuinitatis eius p̄dicatio in mūdo dif-
fusa est: quāti iam paruuli: quāti grauios-
res: quāti fortes iuuenes: quāti imbecil-
les: quāti cōuerse peccatrices: quāte an-
d̄ virgines per fidē: per spem: per amorē ad
celestia euolat. Quis dicere: quis estima-
re sufficiat? Ecce alarū sonus qui prius
in paucis anialibus fuit: iam nūc in popu-
lis resonat: iam nūc in multitudie als mū-
di multitudinē ad celeste desiderū pēne
virtutū leuāt. Bene ḡ d̄: et audiebā sonū
alarū quasi sonū aquarū multarū. Q̄ sicut
predati sumus: ille virtutū sonus: qui in
aure dei prius ex paucis sanctis fact⁹ est:
postmodū ex aquis multis: id est ex innu-
merabilib⁹ est populis multiplicat⁹. De
quo adhuc sono bene addit. Quasi sonū
sublimis dei. Quid est q̄d alarū sonus in
sanctis aialibus quasi sonus sublimis dei
dicit: nisi q̄d oipotens deus et ipse implet
mentes sanctorū celesti desiderio: et ipse ex
audit impletas. Ipse etenim creat in sancto-
rū cordibus amorē: et ipse ex amantib⁹ eor-
dibus suscipit precē. Negationē suā pe-
trus fleuit amare: sed tamē illi premitit:
quia iesus respexit petrū. Luce. 22. Et
nit maria magdalene post multas macu-
las culpe: ad pedes redēptoris nostri cū
lachrymis. Luce. 7. Sed quis illā infu-
dit intus: nisi qui benigne suscepit foris.
Quis illā ad lachrymas vzegebat per cō-
punctiōis spiritū: nisi qui hāc exterius co-
rā simul recubentibus recipiebat ad vens-
am? Redemptor: igit̄ noster peccatricis
mulleris mentē extergebat: euz de culpa
compūgeret: suscipiebat vt a culpa libera-
ret. Bene ergo iste alarū sonus: quasi so-
nus sublimis dei dicit. Quia quicq̄d in
sanctorū virtutibus agit: eius est gratie q̄
merita largit: qui recte per prophetā sub

limis deus esse memorat. Esaiē. 57. In
scriptura etesi sacra aliquādo deus nūcū
patiuē: aliquādo vero essentialiter dicit:
Nūcupatiue estī dicit: sicut scriptū est.
Ecce cōstitui te deū pharaonis. Exo. 12.
Et sicut moyses ait: Siquis hoc vel illud
fecerit: applicabit ad deos videlz ad sacer-
dotes. Exo. 12. Qui rurū dicit: Dñs
nō detrahet id est sacerdotibus. Ibidē.
Et sicut psalmista ait: Deus stetit in syna-
goga deorū: in medio autē deos discernit
ps. 31. Essentialiter autē deus dicit: sicut
ad moisen dicit: Ego sum deus p̄ris tui:
deus abraā: deus ysaac: deus iacob. Exo
di. 3. Unde paulus ap̄stolus volens nūcū-
patiū dei nomē ab essentiali discernere:
de redemptore nostro locutus est dicit:
Quorū patres ex quibus xp̄s scōm car-
nē qui est super omnia deus benedict⁹ in
secula. Rom. 9. Qui em̄ nūcupatiue dicit
deus inter omnia. Qui vero essentialis
ter deus super omnia est. Et ergo ostende-
ret xp̄m naturaliter deū: nō hunc deū tan-
tūmodo: sed deū super omnia esse memora-
uit. Quia et electus quisq̄ sicut premisit
mus: vel in exēplo iustit̄e prerogādo po-
situs dicit deus potest: sed inter omnia quo-
niā nūcupatiue deus. Xps autē deus est
super omnia: quia naturaliter deus. Quē
ergo paulus deū sup omnia: hūc ezechiēl
p̄pheta deū sublimē nomiat. Postq̄ ve-
ro dictum est:

**Audiebā sonum alarū quasi
sonū aquarū multarum.]**

Quia adhuc additur.

Quasi sonū sublimis dei.]

Etia hoc intelligere possumus: q̄d futū
electis offibus scimus. Alarum em̄ sonus
sicut dixim⁹: fuit in p̄dicatoribus san-
ctis. Aquarū sonitus in cōuersis et sequē-
tibus populis. Sed isdē ipse sonitus erit
quādoq̄ sonus sublimis dei. Quia mul-
tudo que nūc ad fidē per sanctos docto-
res trahit: quādoq̄ in celestē patriā con-
gregat: vt ibi omnes electi sine fine laudet
cū viderint sine fine quē laudent. Et quia

tūc perfecte corpus redemptoris efficitur
omnis multitudo sanctorū iuxta pauli vo-
cem dicentis. Et ipsa creatura liberabit a
seruitute corruptiōis in libertatē glorie fi-
lloꝝ dei. Rom. 8. Que ita tūc inherēt
vt eis de corruptiōe que per resurrectio-
nē vincit: nāz nihil in suo sancto amore cō-
tradicat: sed vnita glorie sui redēptoris fi-
at. Recte dicit: Quasi sonus sublimis
dei. Notādus est ordo describētis: quia
prius sonus ex aliis animalū: qui postmo-
dū quasi sonus aquarū multarū: ad exte-
mū vero: quasi sonus sublimis dei dicit.
Quod em̄ prius pdicauerūt sancti: hoc
postmodū crediderūt atq; tenuerūt cōuer-
si ad fidē populi: qui ad extremū quoq; li-
beratori omniū reddent laudē in celestib;
bus als in celestia iā subleuati. Son⁹ itaq;
q; animalū fit sonus aquarū: et sonus aqua-
rū fit quasi sonus sublimis dei. Quia lau-
dē oipotētis vñi quā prius in mūdo pau-
ci: hanc postmodū multi clamauerūt. Et
quā nūc mlti clamāt cū adhuc eis i semet
spīs sua corruptio repugnat: hāc in cele-
sti patria electi omnes suo iam capiti vniti
resonabūt. Adhuc autē sanctorū animalū
opera virtutesq; describunt: cū subdit.

**Lum ambularent quasi so-
nus erat multitudinis vt sonus
castrorum.]**

Si per sonitū sublimis dei: laus nostri
creatoris in celesti patria designat: mirā-
dū non est qđ rursus ad sanctorū opera in
hac adhuc vita viuētū ppheticus ser-
mo refundit. Quia sanctus spūs in corde
ppherarū quod simul ostendit intus: nō
simul eicit per linguā foras. Aqua quip-
pe sciētie qua pphetantis anim⁹ replet:
in contemplationē vehemēter exuberat.
Sed quia angustū est spiritus os ho-
minis: id est foramē carnis: ad explendā
illā immensitatē que conspicit: proferen-
do lingua variat. Postq; ergo sonū alax
quasi sonū sublimis dei esse cōspexit in ce-
lis: rursus ad terras redit: et pēnata anīa-
lia quid hic agant loquit: vt illic summa

mereantur dicens:

**Lum ambularent quasi so-
nus erat multitudinis vt sonus
castrorum.]**

Lum pdicatores sancti mūdo pdicā-
do et trahēdo circueunt: anīalia ambulāt.
Et q; hi etiā qđ colligūt statū vt credides-
runt in laudē nostri creatoris exurgūt: fit
son⁹ quasi sonus multitudis. Et q; in p-
dicatiōe eadem bellū ptra aereas potesta-
tes sumūt. Recte subiungit. Et sonitus
castrorū. Lum sanctis pdicatoribus fide-
les populi cōiungunt: ptra malignos spi-
ritus in pinctu fidei multitudinis castro-
rū sunt. Et dū quottidie fideles quiq; ce-
lestibus desiderijs replent: terrena despi-
ciūt: dura sibi p amore superne patrie p-
ponūt: cōtra potestates aereas castra fiūt
quia armati fide et bonis operib⁹ munit
gradiunt. Quasi em̄ quibusdā castris spi-
ritalis exercitus per paulū dicit: Induite
vos armatura dei: vt possitis stare aduer-
sus insidias dyaboli: quia nō est nobis col-
luctatio aduersus carnē et sanguinē: sed
aduersus principes et potestates: aduer-
sus mūdi rectores tenebrarū: cōtra spiri-
talia nequicie in celestib⁹. Ephe. 6. San-
ctorū ergo multitudis castra sunt: que bel-
lū cōtra potestates aerias susceperūt. An-
de facta et vniuersalis ecclesia ita sub spe-
cie dilecte describit vt dicat. Pulchra es
amica mea suavis et decora sicut hierusa-
lem: terribilis vt castrorū acies ordinata.
Canti. 6. Quia em̄ hierusalē pacis visio
interpretat: cuius noīe patria celestis ex-
primi: sancta ecclesia suavis et decora vt
hierusalē dicit: quia eius vita et desiderij
visioni iam pacis intime cōparat: vt in eo
qđ auctore suū diligit qđ eius specie vide-
re cōcupiscit. De quo scriptū est. In quē
desiderāt angeli pspicere. i. Petri. 1. p
ipsa iam amoris sui desideria angelis sumi-
lis dicat. Que quantū deo amabilis effi-
cit: tanto agit vt malignis spiritib⁹ terri-
bilis fiat. Qualiter autē sit terribilis sub-
iuncta cōparatiōe ostendit: id est vt castrorū

ε

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

rū acies ordinata. Lantl. 6. Quid est qđ sancta ecclesia hostibus suis vt castrorū acies sit timenda. Non enim a magno intellectu vacat ista cōparatio: 7 iccirco est subtiliter intue da. Scimus 7 cōstat: quia castrorū acies tūc hostibus terribilis ostēdit: quādo ita fuerit cōstipata atq; densata: vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponit: vt locus vacuus per quē hostis possit ingredi. dimittat: profecto iam suis hostibus terribilis nō est. Et nos ergo cū contra malignos spiritus spiritalis certaminis acie ponimus: summo pere necesse est: vt per charitatē semp vniūti atq; cōstricti: 7 nunq; interrupti per discordiā inueniamur. Q: si quelibet bona in nobis opera fuerint: si charitas desit: per malū discordie locus aperit in acie: vnde ad fertēdos nos valeat hostis intrare. Antiquus vero inimicus castitatē in nobis si sine charitate fuerit: nō timet: qz ipse nec carne premitur: vt in elus luxuria dissoluat. Abstinentiā nō timet: quia ipse cibo non vit: qui necessitate corporis nō vigeat. Distributionē terrenarū rerum nō timet: si eidē operi charitas desit: quia diuitiarū subsidijs nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatē veram: id est amorē humillē quē nobis vicissim impendimus timet: 7 nimis cōcordie nostre inuidet: quia hāc nos tenemus in terra: quaz ipse tenere nolēs amisit in celo. Bene est dicit: Terribilis vt castrorū acies ordinata: quia electorū multitudinē eo maligni spiritus pertimescit: quo eos per charitatis cōcordiā vnitos contra se 7 cōglobatos a picit. Quanta autē sit concordie virtus ostendit: cum sine illa virtutes relique virtutes nō esse demonstrant. Magna est virtus abstinentie: sed si quis ita ab alimentis abstineat: vt ceteros in cibo dijudicet: 7 alimēta eadem que deus creauit ad percipiendū cum gratiarū actione fidelibus etiam dampnet als donat. Romā. 8. quid huic virtus abstinentie facta est: nisi laqueus culpe? Unde per

psalmistā quoq; nullam esse abstinentiā sine cōcordia designans ait: Laudate eū in tympano et choro. ps. 150. In tympano enim corium siccum resonat. In choro autem voces cōcorditer cantant. Quid ergo per tympanum: nisi abstinentia? Et quid per chorū: nisi charitatis concordia designat? Qui itaq; sic abstinentiam tenet: vt concordia deserat: laudat quidem in tympano: sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dum plusq; necesse est student: a proximorū pace resiliunt: dum eos velut ebetes stultosq; contempnūt. Unde per se veritas admonet dicit: Habete in vobis sal: 7 pacē habete inter vos. Marci. 9. Et quis quis habere sal sapientie studet: curet necesse est quatenus a pace concordie nunquā recedat. Quod vero de his duabus virtutibus diximus: hoc de ceteris omnibus sentiendum est. Unde terribiliter paulus admonet dicit: Pacem sequimini als sectamini cum omnibus 7 sanctimoniā: sine qua nemo videbit deum. Hebreo. 12. Quia autem nil sine concordia deo placeat: ipsa per se veritas demonstrat dicens: Si offeris munus tantum ad altare: 7 ibi recordat⁹ fueris: quia frater tuus deliquit als habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuū ante altare: 7 vade prius recōciliari fratri tuo 7 tunc veniens offeres munus tuū. Mathei. 5. Ecce a discordantibus accipere non vult sacrificiū: holocaustum suscipere recusat. Hinc ergo perpendite quantum sit malum discordie: ppter quod et illud abijcitur: per quod culpa laxatur. Quia vero electi semper in charitate coniuncti sunt: 7 hec eadem eorum charitas sonum laudis reddit auctori: malignis vero spiritibus: id est antiquis suis hostibus penam incurrit timoris. Recte nunc de penatis animalibus dicitur.

Lum ambularent quasi sonus erat multitudinis: vt sonus castrorum.]

Libet autem ab exortu sancte ecclesie si dei oculos vsq; ad finem mundi tendere: & hec eadem castra quomodo ambulent: videre. Castra enim multitudinis appellatur exercitus cum in procinctum pergunt: aut in certo quolibet loco in itinere demorantur. Castris ergo via est presentis seculi omnibus concorditer viuentibus sanctis. Alia autem sunt castra predicantiu: qui huc illucq; pro colligendis animabus in sancti operis procinctu laborant. Alia castra continentiu: atq; ab hoc mundo recedentiu: qui contra malignorum spirituu bella quotidie in corde se preparant. Alia castra bonorum conuictorum: qui viuentes in amore omnipotentis dei concorditer: sic vicissim sibi carnis debitum solunt: vt tamen quid deo de bonis operibus debeant: nullatenus obliuiscantur. Sed & si qua (vt homines delinquit) hec incessanter pijs actibus redimunt. Quia ergo distincti fidelium ordines: ab exortu sancte ecclesie vsq; ad finem mundi concorditer viuentes: contra potestates aeris dimicant: castra ambulat. Et fit quasi quidam castrorum sonitus: quia in eis ad laudem omnipotentis dei & virtutu gladij: & arma miraculorum sonant. De sanctis vero animalibus adhuc subditur.

Cumq; starent dimittebantur penne eorum.]

Stant sancta animalia quando ad que dei sunt: intensa contemplatione considerant. Sed eorum penne deponuntur: quia in alta dei iudicia aspiciunt: sue in eis virtutes vilescunt. Quod aperte exponitur cum statim subdit.

nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum stabant et submittebant alas suas.]

Firmamentum superius subintellectu duplici indicauimus exponendum. Post

sunt enim sicut dictum est: firmamenti nomine celestes virtutes intelligi. Et potest firmamenti nomine incarnatus vnigenitus per hoc quod in eius natura nostra ad eternitatem firmata est designari. Prius ergo quid sentiam? de angelis: & postmodum de domino angeloru loquamur. Ecce enim dicitur: Cum fieret vox super firmamentu: stabant & submittebant alas suas. Quo in loco hoc primu sciendum est: quia non submitti als submittere ab inferiori ad superiora tendere: sed a superioribus ad inferiora alas deponere: debet intelligi: propter hoc quod promissu est. Cum starent dimittebantur penne eorum. Querendum itaq; nobis est: que sit vox que super firmamentu sit als sit. Sed eandem vocem melius intelligim: si ab inis ad superiora gradientes: quasi quibusdam passibus ascendamus. Sicut auditus corporis excitatus vocet: ita sensus mentis excitatur intellectu qui de interioribus agitur. Vox ergo est in mente quasi quidam sonus intelligentie. Sed sciendum est: quia nostris sensibus: aliquando vox carnis loquitur: aliquando vox anime: aliquando vox firmamenti: aliquando vox que super firmamentu est. Pona mus ergo ante oculos quod quispiam sit lesus a proximo: qui ex humana ratione cogitat: vt vicem lesioni reddat: malum pro malo retribuatur. Huic vox carnis loquitur in mente: quia cum diuina mandata precipiant: bene nos facere his qui nos oderunt: quisquis male facere se odientibus cogitat: in eius animo carnis vox sonat. Multa terrena quotidie agimus: post hec ad orationem redimus: accenditur ad compunctionem animus: sed earum rerum quas egimus ymages versantur in mente: & intentionem compunctio nis prepediunt in oratione. Et quod volentes foris agimus als egimus hoc interius patimur inuiti. Et quedam cogitationu fantasmata mentem per imagines corporeas dispergant: ne stricte tota in oratione se colligat. Hec quoq; vox carnis est

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Cū vero et ista subiūgimus: atq; ab oculis mentis cūctas corporeas imagines ef fugamus ipam in nobismetipsis naturam anime querētes: qualis sit que carnē viuificare potest: sed semetipam stringere in bonis cogitōibus sicut desiderat nō potest: inuenim⁹ quendā intellectuālē spiritū: per creatoris potentia viuentē: corpus qd sustinet viuificantē: sed tamen obliuio nī subditū: mutabilitati subiectū: quē sepe rīo: afficit: leticia extollit. Ipse itaq; intellectus ante vox eius est: quia sonat qd est. que tamen adhuc vox sub firmamēto est. Sed transcēdētis animal als animā vocē de firmamēto querimus: cū illa sanctorū angelorū in numerā multitudine in oī potētis dñi cōspectu qualis sit inuestigamus: que sit in eis sine fine festiuitas visionis dei: que leticia sine defectu q̄ amoris ardor nō crucians: sed delectās: quātū in eis sit desiderii visionis dei cū facietate: et quāta facietas cū desiderio: in quibus nec desiderii penā generat: nec facietas fastidiū parit: quomō inherendo beatitudini sint beati: quomō contemplādo semp eternitatē sint eterni: quomō consueti vero lumini facti sint lux: quomō aspicientes semper incōmutabilē: mutati sunt in incōmutabilitatē. S; cū ista de angel cogitamus: adhuc vox de firmamēto est: nō super firmamentū. Transeat ergo animus et ab ipsis transcēdat omne qd creatū est: in solo creatoris sui lumie fidei oculos figat: qd vnus viuificet omnia que als qui creauit deus: qd vbiq; est: et vbiq; totus est: qd in circūscriptus et incōprehensibilis sentiri potest: et videri non potest: qd nusq; deest: et tamen ab iniquorū cogitātōibus longe est: qd nec ibi deest: vbi longe est: quia vbi nō est per gratiā: adest per vindictā: qd omnia tangit: nec tamē omnia equaliter tēgit. Quedā etiā tangit vt sint: nec tamē vt viuāt et sentiāt: sicut sunt cūcta insensibilia. Quedā tangit vt sint et viuāt et sentiāt: nec tamen vt discernāt: sicut sunt bruta animalia. Quedā tangit: vt sint: viuāt: et sentiāt: et discernāt: si-

cut est humana et angelica natura. Et cū ipse nunq; sibimetipsi sit dissimilis: dissimiliter tamen tangit dissimilia. Ad vbiq; p̄sens est: et inueniri vix potest: qd stantē sequimur et apprehēdere nō valem⁹. Ipso namus ergo ante oculos mentis: que illa natura sit que tenet omnia: implet omnia: circūplectit omnia: superexcedit omnia: sustinet omnia. Et alia ex parte sustinet: atq; alia superexcedit: neq; alia ex parte implet: atq; alia circūplectit: sed circūplectēdo implet: implendo circūplectit: sustinēdo superexcedit: superexcedēdo sustinet. Hui⁹ nature potentia cū strictus in ea cogitat animus: vox super firmamentū sit. Quia eius intellectū cōspicit als cōcipit qui et angelorū sensum sua incōprehensibilitate transcēdit. Cum ergo vox super firmamentū sit: stant animalia et submitūt alas suas: quia sanctorū mētēs cū creatoris sui potentia intenta cōtemplatōe considerāt: vilescunt eorū antio virtutes quas habēt. Et tāto sūt apud se humiles: quāto eis illud altū est: qd super angelos sonat. Fortasse etiā doctores sunt: sed cū ceperint tacita mēte cogitare que sit ineffabilis dei sapiētia: que mentes hominū sine strepitu verborū docet: et quomō hec eadē sapiētia s̄ auditoꝝ mētēs nō doceat vox docentū vacue laborat: sua eis prioris doctrina vilescit: quia neq; qui planat est aliquid: neq; q̄ rigat: sed qui incrementū dat deus. Fortasse p̄phete sunt: sed cū tacita mente cōsiderant: quia propheticie sue oculo simul omnia diuinitatis mysteria penetrare nō possunt. Quonia sicut ait ap̄tus. Ex parte cognoscimus: et ex parte p̄phetam⁹. 1. Corinth. 13. In illa immēsitare secretorū vident: quia partū est omne qd vident: atq; ex ipa altitudine luminis cōsiderant: q̄ minus sit illud qd intēto oculo quasi per rimas viderūt. Deponāt ergo alas suas cū vox super firmamentū sit: id est humilient in eo qd apprehendūt: cum supra conspiciūt: que ab eis cōprehendi nō possunt. Sepe etiā sanctorū cogitātōibus ipa que habēt bona blā-

diunt: vt eoz mētes in aliqua sui fiducia eleuent: sed protinus ad occulta dei iudicia recurrūt: quomodo alij ex virtutibus ad infernū per elationē corruūt: alij ex vicij correcti: ad celū per humilitatē leuātur. Unde nos ad humilitatē reuocās ppheta terribiliter alīs terret: et admonet dicens: Venite et videte opera dñi: q̄ terribilis in cōsilijs super filios hominū. ps. 65. Quis em̄ vigne considerare valeat: quātus super nos terror sit cōsilioꝝ dei: quādo alter ex virtutibus in fine tēdit ad vicia: alter ex vicijis in virtutibus cōcludit finē. Quia iuxta Salomōis vocem. Sunt iusti atq̄ sapientes: et opera eoz in manu dei: nec tamen scit homo utrū amorem odio dignus sit: Eccles. 9. sed omnia in futuro seruant incerta. Ibidē. Et est vita que videt hominibus recta: et nos uisum eius ducit ad mortē. Proverb. 14. Hec itaq̄ occulta iudicia et profunda cogitare: quid aliud est q̄ alas deponere: id est de nulla tā virtute cōsiderare: sed sub magno timore trepidare: siue em̄ omni potētis dei naturā cōsiderēt: siue eius iudicia perpendāt: trepidant: pertimescūt. Eis ergo quasi alas deponere: est virtutes quas habēt humiliare. Sic abraham alas deposuit: qui quādo loqui cū deo cepit: puluerē et cinerē se esse cognouit dicens: Loquar ad dominū meū cū sim puluis et cinis. Genes. 18. Sic moyses alas deposuit: qui eruditus omni scientia egyptioꝝ: mox vt verba dñi audiuit: verba se nō habere deprehēdit dicens: Obsecro dñe nō sum eloquēs ab heri et nudius tertius: ex quo locutus es ad seruū tuū impenitentioris et tardioris lingue sum. Exod. 4. Et si aperte diceret: post q̄ a te verba vire audio: cōfusus me in verbis prioribus agnosco. Sic esayas cui? vita dom̄o ad predicandū placuerat: cū eundē dom̄o cōtemplatus carbone de altari in ore tactus est: ait: Ne mihi quia tacui: quia vir pollutis labijs ego sum. Esai. 6. Ecce ad superiora subleuatus: sibi metip̄i de labioꝝ pollutione displicuit: nisi em̄ celestis

mūdicie alta cōspiceret: sese iudicabilem nō inuenisset. Sic loquēte domino hieremias clamat: A a dñe deus: ecce nescio loqui: quia puer ego sum. Hierem. 1. Iuxta ea enim verba que audiebat: verba se nō habere cognouerat. Sic daniel sublimem visionē videns: per plurimos dies elanguit et egrotauit. Daniel. 8. Quia et hi qui in virtutibus fortes sunt: cū altiora dei conspiciūt: in sua sibi met̄ estimatio ne infirmi atq̄ imbecilles sūt. Sic beatus Job de quo dominus anticus illius dixit: Non estis locuti corā me rectū: sicut seruus meus Job. Job. 42. Cum verba dei colloquētis audiret: respōdit dicens: Insuper locutus sum: et que ultra modū excederēt scientiā meam. Ibidē. Et paup̄ lopost. Idcirco ip̄e me reprehendo: et agnō penitentiā in fauilla et cinere. Ibidē. Qui em̄ quantū ad homines sapiēt̄ locutus fuerat: loquētē sibi deū audiens: insipienter se locutum fuisse reprehēdit. Quia in cōtemplatiōe vere sapiēt̄: sua ei sapientiā viluit. Ad vocē ergo desuper venientē anialia alas deponūt: quia virtutē dei siue in natura sua cōtemplari res quāramus: siue in occultis iudicijs inuestigare cogitemus: pro eo qd̄ eius alta nobis impenetrabilia sunt: nostra nobis si qua inesse bona credebant vilesunt. Et qui in quātilacūq̄ scientia volare credebamus inuisibile super nos naturā: et impenetrabilia eius iudicia perpēdentes: submissis alis humiliter stamus. Sequit̄.

D Et super firmamentū quod erat imminēs capiti eoz: quasi aspectus lapidis saphyri: similitudo throni. Et super similitudinē throni: similitudo quasi aspectus hominis desuper.]

Quid per thronū: nisi ille virtutes angelice designant: que ipsos quoq̄ angelos dignitate loci superioris excedūt. Hāc cum angeli nūcij dicant: et sepe angeli ad annūcianda quedā hominibus veniant:

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

throni missi ad ministeriū nuncijs nusquā legunt: quia eis longe sublimius creator omnium presidet. Unde paulus apostolus ordines celestium agminum quos ad tertium celum raptus viderat describens ait: Siue throni: siue dominationes: siue principatus: siue potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Colos. 1. Thronus igitur ante eos angelorum ordines dixit: quibus illos prelatos esse cognouit. Bene autem thronus lapidi saphyro comparat: quoniam lapis saphyros aerium habet colorem. Virtutes ergo celestium lapidi saphyro designant: quia hi spiritus quibus deus omnipotens altius presidet: superioris loci in celestibus dignitatem tenent. Super thronum vero similitudo hominis: quia et super illas virtutes que et ipsos angelos antecedunt: nostri est gloria redemptoris. Notandum ergo qui ordo seruatur. Super animalia enim firmamentum: super firmamentum thronus: super thronum homo esse describitur. Quia et super sanctos homines ad huc in hac corruptione corporis viuentes angeli: et super angelos superiores et deo proximae angelice potestates. Super potestates vero deo proximae eleuatus est mediator dei et hominum: homo Christus Iesus 1. Tymoth. 4. Si vero ut diximus firmamenti nomine mediator dei et hominum pro assumpta humanitate debet intelligi quia sub unius nominis appellatione solent per prophetie spiritum multa signari. Hoc super firmamentum facta est: que super baptismum dominum de celo sonuit: dicens: Tu es filius meus dilectus: in te complacui. Luce. 4. Vel sicut per euangelium statim alium dicit: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi complacui. Matth. 3. et 17. Queramus igitur: quomodo hanc vocem animalia audiunt: et alas deponunt? Ab hac propheta requisitus dicit: Domine audiui auditum tuum et timui: consideravi opera tua et expani. Abac. 3. Quid est autem quod pater de filio loquitur dicens: in quo mihi complacui. Omnis enim qui penitendo corripitur: rigit aliqua que fecit: eo ipso quo penitet

se sibi displicuisse indicat: quia emendat quod fecit. Et quia omnipotens pater sicut intelligi ab hominibus poterat: humano modo locutus est de peccatoribus dicens: Penitet me fecisse hominem super terram. Gen. 6. quasi sibi metipsum displicuit in peccatoribus quos creauit. In solo autem sibi unigenito domino nostro Iesu Christo complacuit: quia hunc inter homines hominem creasse eum non penituit: in quo peccatum nullomodo laenit. Sicut de illo per psalmistam dicitur: Iurauit dominus et non penitebit: eum tu es sacerdos in eternum: secundum ordinem melchisedech. ps. 109. In solo ergo sibi redemptore nostro complacet pater. Mar. 1. quia in solo non inuenit culpam: in qua se reprehendit quasi per penitentiam. Sancta itaque animalia uocem super firmamentum audiunt et pertimescunt. Quia si solus sine peccato est in eius innocetia inspicitur: in quantum ipsa quotidie delinquant: que necesse est ut incessanter desistant. Considerat quoque quia et ipse auctor uite sine passionibus dolore ex hac uita non exiit: et ergo hec uox super firmamentum facta est: quia omnipotentis patris sententia etiam de morte ac resurrectione unigeniti processit. Sed cum uox super firmamentum sit: stant animalia et submitunt alas suas: quia sancti qui quod eum ipsum quoque unigenitum flagellatum in hoc mundo conspiciunt: deponunt si quid de suis meritis presumunt. Nam si ipse hinc sine flagello non exiit: qui uenit sine peccato: quomodo flagellis digni non erunt: qui huc cum peccato uenerunt? Ipse ergo firmamentum quod est super caput animalium: id est quod transcendit in eternum sanctorum: habet super se uocem: quia redemptor noster eam quam cum patre disposuit ex diuinitate sententiam: pertulit in carne quam audientes iusti terrent et omnem de suis uiribus presumptionem deponunt. Qui uisibilibus enim uirtutibus polleat: quid digna uita peccatorum: si et eius uita pro nobis flagello subiicitur: que subdita nulli peccato fuit? Sed ecce grauis questio nobis oritur cum dicitur: Quia super firmamentum quod erat: immittens capiti eorum: quasi aspe-

ctus lapidis saphyri similitudo throni.]
 Si enim per firmamentū dñs: et per lapidē
 saphyrū et similitudinē throni summe ille
 potestates angelice figurante quomōdō su-
 per firmamentū: id est super dño als do-
 minū esse credēde sunt. Cum et mox sub-
 dit. Et super similitudinē throni similitu-
 do quasi aspectus hominis desuper. Nam
 si ita ut dictū est firmamentū exprimit do-
 minus: et rursus homo accipit dominus
 qua ratiōe potest intelligi: et ipse sup thro-
 nū: et ipse sub throno. Sed abstractos huius
 questionis nodos ipse soluit de quo loqui
 mur: qui afflatu spiritus sancti ea que clau-
 sa sunt aperit. Incarnatus enim vnigenit⁹
 patris per hoc quod homo factus est: infra
 angelos fuit: sicut de eo scriptū est. Vi-
 nisti eū paulominus ab angelis. ps. 8.
 Resurgēs autem et ascendēs in celos om-
 nibus angelicis potestatib⁹ presidet: sicut
 de illo rursus scriptū est. Omnia subieci
 sti sub pedibus eius. Ibidē. Et sicut ipse
 ait: Data est mihi omnis potestas in celo
 et in terra. Mat. 28. Firmamentū ergo
 sub throno: et homo super thronū est. Et
 per humane assumptionē nature: et ipse est
 sub angelis nat⁹: et ipse super angelos ex-
 altatus: qui et priusq⁹ per resurrectionis ex-
 altatē gloriā: diuinitate super angelos
 fuit: sed tamē angelis ut dictū est huma-
 nitate minoratus: ex qua et mortū subta-
 cuit: et als at postq⁹ mortū resurgēdo cal-
 cavit: et humanitatē suam etiā maiestati-
 bus archangeloz superposuit. Prius ita-
 q⁹ thronus super firmamentū: et post ho-
 mo super thronū visus esse describit. Et
 humani generis redemptor humanitatē
 quā descendendo sub angelis assumpsit:
 ascendendo super angelos exaltauit. Si
 vero factū euz sub angelis dicimus sicut
 factū sub lege predicāte apostolo audim⁹
 Gala. 3. Assumptā ergo humanitatē sub
 angelis accipimus pro ea minoratiōe: in
 qua dignatus est apparere. Nam mox ut
 verbū caro factū est: mox deus homo pos-
 testate super angelos fuit. De ipso quip-
 pe ante passionē scriptū est. Ecce angeli

accesserūt et ministrabūt ei. Mat. 4. Sed
 tamē ut infirmitas eius hūanitatē mon-
 straret. Rursus de eo scriptū est. Appa-
 ruit illi angel⁹ de celo confortans eū. Lu-
 ce. 22. In documēto als indumēto ergo
 vtriusq⁹ nature: huic et angeli ministrare
 hūc et angelus confortare describit. Unus
 quippe in vtraq⁹ natura: qm̄ qui de⁹ an-
 te secula exiit: hō factus est in fine secula-
 loz. Cui tñ ante passionē suā et angeli mi-
 nistrāt: et hūc angelus confortat. Post pas-
 sionē vero atq⁹ resurrectionē ei⁹: huic an-
 geli ministrare possunt: sed iam hūc confortare
 nō possunt: q⁹ ut predictū est: et si prius fir-
 mamentū sub throno apparuit ita et tñ ho-
 mo super thronū est. In cui⁹ persona ut
 ppheta sanctus adiunctionē vtriusq⁹ na-
 ture se vidisse ostēderet p̄tinus adiūxit.

Et vidi quasi speciē electri.]

Quid est quod aspectus hoīs videt in thro-
 no quasi spēs electri: nisi quod in electro sic
 longe superius diximus aurargentūq⁹ my-
 sceat: ut res vna ex metallis duob⁹ fiat. In
 qua et per argētū auri claritas tpat⁹: et per
 auri claritatē spēs clarescit argētī. In res-
 deptore autē nro natura diuinitatis et hūan-
 tatis incōmūse vnita sibi met atq⁹ iuncta
 est: ut et per hūanitatē diuinitatis eius clar-
 tas nris potuisset oculis tpari: et p diuīta-
 tē hūana in eo natura claresceret: atq⁹ ex-
 altata fulgorē vltra hoc quod creata fuerat
 h̄ret. Ipse vero aspect⁹ hoīs sup thronū
 et spēs electri quā vidit qualis ei apparue-
 rit: adhuc subscribēdo subiūgit.

Velut aspectus ignis intrin-
 secus eius per circuituz a lūbis
 eius et desup. Et a lumbis eius
 vsq⁹ deorsum: vidi quasi speciē
 ignis splendentis in circuitu.]

Quid est quod mediator dei et hominū hō
 xp̄us iesus a lūbis et desup aspectū ignis
 intrinsecus per circuitū habere describit
 et a lūbis et deorsuz speciē ignis splēdētis
 in circuitu. Inuestigandū namq⁹ est: qua-
 re a lumbis et desuper ignē intrinsecus

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

nec tamen splendentē ignem habere narra-
 rat: a lumbis vero ⁊ deorsū habere ignis
 speciē dicitur: nō tamen hunc habere in-
 trinsecus memorat: quia ⁊ splendentē et
 in circuitu hunc habere describit. Quid
 em̄ lumboꝝ nomine: nisi propago morta-
 litatis exprimit? Propterea etiā ⁊ leui di-
 citur: Quia adhuc in lumbis patris erat
 cum melchisedech occurreret abrae. De
 lumbis vero abrae virgo Maria exist in
 cuius utero vnigenitus patris per sanctū
 spiritū incarnari dignatus est: ex qua in-
 carnatiōe vniverſo innotuit mūdo deus.
 Sicut ⁊ per psalmistā dicitur: Accingere
 gladio tuo circa femur potentissime. ps.
 44. Gladiū etenim circa femur potētis-
 mus sumpsit: quia sermo predicationis il-
 lius ex incarnatiōe conualuit. Quid ve-
 ro iste ignis designat: nisi ardorem sancti
 spiritus: qui corda que repleuerit incen-
 dit. De quo ipsa veritas dicit: Ignē veni
 mittere in terrā. Luce. 12. Quid est ergo
 quod in hoc aspectu hominis: qui pphe-
 te apparuit: a lumbis superius intrinse-
 cus per circuitū ignis ardet. A lumbis
 vero inferius nō ignis intrinsecus: sed in
 circuitu resplicet: nisi qđ ante incarnatio-
 nē vnigeniti redemptoris nostri sola in-
 tra se iudeā ardorē amoris eius habuit ⁊
 post incarnationē vero illius in circuitu
 eius ignis resplicet. Quia in vniverſo
 mundo gentibus claritatē sancti spiritus
 effudit. Prius ergo intrinsecus ignis erat
 sed splendor nō erat. Quia sanctus spiri-
 tus in multis quidē partibus iudeā reple-
 bat: sed ad noticiā gentiū: nec dum eius
 lumen emicuerat. A lumbis vero eius et
 deorsum ignis in circuitu resplicet. Et
 post qđ de virgine carnē sumpsit: in huma-
 no genere longe lateq; sancti spiritus do-
 na dilatauit. Et notandū qđ ignis iste a
 lumbis superius per circuitū esse descri-
 bit: non extrinsecus sed intrinsecus: quia
 amoris flamma sicut dictū est in electis at-
 q; spiritalibus vtrius vbiq; in suis finibus
 iudeā repleuit: nec tamen exiebat extrin-
 secus: quia sese in multitudinē gentiū nō

dilatabat. Que ardoris flamma visa est
 postmodū in circuitu splendere: quia per
 mūdi cardines in vniverſis gentibus om-
 nipotentis dei cepit amor excreſcere. Erat
 ergo prius ignis intrinsecus cū iacob vi-
 ceret: Salutare tuū expectabo domie He-
 nef. 49. Quod em̄ salutare dicimus la-
 ti ne hoc verbo hebraico ihesus dicit. In
 quo verbo beati Jacob mens ostenditur:
 quomodo ihesu desiderio ardebat quē se
 moriens expectare perhibebat. Ardebat
 ignis cū Moyses diceret: Si inueni gra-
 tiam in cōspectu tuo: ostende mihi temet
 ipm vt videam te. Exod. 33. Ardebat ignis
 in mēte cū dauid diceret: Sitiuit anima
 mea ad deum viuū: quando veniā et
 apparebo ante faciem dei mei. ps. 42.
 Qui incarnationē verbī desiderans ait:
 Ostende nobis domie misericordiā tuā:
 ⁊ salutare tuū da nobis. ps. 84. Arde-
 bat ignis cum symeon de corruptiōe vite
 presentis exire desiderans audiuit. Non
 prius se visurū mortem: nisi videret xpm
 domini. Luc. 2. Sed ecce iam ignis iste
 quasi sub lumbis exterius resplicet: quia
 vniverſa gētilitas incarnati dei est amo-
 re succensa. Quod tamē intelligi ⁊ aliter
 potest. Quia redemptor noster de⁹ domi-
 nus iesus xpus per humanitatē suā homi-
 nibus innotuit: qui per diuinitatē notus
 angelis ⁊ ante incarnationē fuit. Hōis
 ergo a lumbis inferius resplicet in circui-
 tu: cui⁹ ignis intrinsecus a lumbis super-
 rius ardet in celo. Quia illi a⁹ illic cele-
 stes spiritus eū in diuinitate sua cōspici-
 unt: ⁊ amoris eius ignibus accendunt.
 Hos vero qui hūc ex assumpta humani-
 tate diligimus: adhuc in hac corruptibili
 lī vita positi: splendorē ignis illius foris
 habemus. Anus itaq; super thronū est:
 qui ⁊ super lumbos ignē intrinsecus ha-
 bet in angelis: ⁊ sub lumbis ignē in cir-
 cuitu habet in hominib⁹. Quia in omne
 quod ab āgelis amat: ⁊ per omne quod ab
 hominibus desiderat vnus est: qui in cor-
 dibus ardet amantiū. Idne est em̄ quod
 magne ille potestates angelice serapi in:

Id est incendiū nominant. Heb. 12. Hinc de ipso omnium creatore scriptū est. Deus noster ignis cōsumens est. Deutero. 4. Ignis enim dicitur: quia flammis amoris sui incendit mētes quas replet. Et tēcirco se raphin incendiū dicunt: quia potestates ei prime in celis inestimabili amoris ei? igne succensi sunt. Ex hoc igne succensa: ardēt in terra corda iustoz. Hoc igne calesfacta redeūt ad penitentiā corda peccātiū: que inflammata uehemēter timorem in amorē uertūt. Nam qui prius tabesce re metu ceperūt: postmodū igne amoris flagrāt. Et quia eius membra sunt electi angeli in celo: eius mēbra sunt cōuersi homines in terra. Unus homo est qui et super lumbos ardet intrinsecus: et sub lumbis inferius ignis sui splendorē in circuitu emittit: quia et angelos ad amorē suoz per diuinitatē tenuit: et homines ad sancti ardoris sui desiderū ex humanitate reuocauit. Sequitur.

Uelut aspectus arcus cū fuerit in nube in die pluuie.]

Arcū omnipotēs deus inter se atq; homines in signo posuit: ut ultra mundū diluuiō nō deleter dicens: Arcū meū ponā in nubibus: et sit alīs erit signū federis inter me et inter terrā. Cumq; obduxero nubibus celū: apparebit arcus meus in nubibus: et recordabor federis mei uobiscū. Gen. 9. Unde etiā et in arcu eodem color aque et ignis simul ostendit: qui et ex parte ceruleus: et ex parte rubicundus: ut uirtusq; iudicij testis sit: unius alīs vnus videlicet faciēdi: et alterius facti: sed itaq; nō ulterius faciēdi: quia mūdus quidē iudicij igne cremabit: sed aqua itaq; diluuij nō delet. Quid est autē qd splendentē ignē a lumbis hominis throno presidentis sicut aspectus arcus sui fuerit in nube in die pluuie propheta cōspexit. Quia enim per ignem sicut dicitur est: ardor sancti spiritus designat: que similitudo est arcus: et spiritus ut ignis: qui apparuit quasi aspectus arcus apparuisse diceret. Sed si ipsi quam

pdiximus uisioni arcus intendim? quomodo arcus significet spiritū uidem? In arcu quippe sicut prefatus sum aqua et ignis apparet: et post mediatoris aduentū eo uirtus sancti spiritus in humano genere claruit: q̄ electos dei et aqua baptis matis lauit: et igne diuini amoris incendit: quasi enim admixto colore aque simul et ignis: quidā arcus in nube ad propiciationē ponit cū ueritas dicit: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto nō potest introire in regnū dei. Jobis. 3. Quis arcus in nube est in die pluuie: quia in uenica incarnatiōe in effusione predicationis ostendit: ut ad ueniā corda credentiū dño parcente reuocent. Nubem enim redēptoris carnē non incōuenienter accipim? de qua per psalmistā dicit: Qui ponit nubē ascensum suū. ps. 103. Nubē quippe ascensum suū posuit: quia is qui diuinitate ubiq; est: carne ad celestia ascendit. Expleta uero omni mystica uisione subiūgit.

Hic erit aspectus splendoris per gyrū: et hec uisio similitudinis glorie domini.]

Quid enim in uniuerso mūdo sancti spiritus gratia agat aspiciēs ait: Hic erit aspectus splendoris per gyrū. Que uero intrinsecus eiusdē sancti spiritus gloria maneat cōsiderare uolens: sed sicut erat nō ualens subiūgit. Et hec uisio similitudinis glorie dñi. Non enim ait: uisio glorie: sed similitudinis glorie. Et uidelicet ostendat: qz quātalibet se intentiōe mens humana tetenderit: etiā si iam fantasias imaginū corporaliū a cogitatiōe compestat: si iam omēs circūscriptos spiritus ab oculis cordis amoueat: adhuc tamen in carne mortali posita uidere gloriā dei nō ualeat sicut est. Sed quicquid de illa est qd in mente respēdet: similitudo et non ipsa est. Unde et ille pdicator qui raptus usq; ad tertium celū fuerat: dicebat: Videmus nūc per speculū et in enigmate. 1. Corint. 13. Quia in re nō despicienda nobis que stio orit: quomodo iohānes euāgelista cū

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

erga miracula redemptoris nostri iudeo-
rum perfidia: etiã ex verbis prophetis
descripsisset: adiungit dicens: Hec dixit
esaias quãdo vidit gloriã eius: et locutus
est de eo. Et si ezechiel vidit quid est quod
iste similitudinẽ glorie: et ille eius gloriã
vidisse describit. Sed cũ iohannes euan-
gelista prius miracula redemptoris nostri
narravit: atque infidelitatẽ iudeorum postmo-
dum subdidit: hãc eiusdem redemptoris
nostri gloriã que in mũdo apparuit e saia
vidisse manifestat. Omne enim quod in ter-
ra mirũ diuinitus agit: gloriã omnipoten-
tis dei est: et eius gloriã in omnibus factis
videt. Esaias ergo eius gloriã in terra vi-
dit: ezechiel vero eius gloriã in celo sicut
est: videre non potuit. Quia aliter est
gloria eius in rebus factis: atque aliter in
semitiis. Nec ergo eius gloria que in re-
bus est: videri potest: illa vero que in ipso
est modo: nisi per similitudinẽ nõ potest.
Sed et si eandem similitudinẽ glorie: vel
subleuatus portare: propheta potuerit: ag-
noscamus. Sequitur.

Et vidi et cecidi in faciẽ meã.

Quid ergo de hoc viro fieret: si ita ut est
eius gloriã vidisset: si ferre nõ valens ce-
cidit. Quia in re cũ magno merore pensa-
re et cõsiderare cũ lachrymis debemus:
in quantã miserã et infirmitatẽ cecidim⁹
qui et ipsum bonũ ferre non possumus: ad
quod videndũ creati sumus. Est tamen et
aliud de propheta factum: quod cõsiderem⁹
in nobis. Propheta enim moyses ut glorie do-
mini similitudinẽ vidit: in faciẽ suam ce-
cidit: cuius similitudinẽ glorie quia nos
per spiritũ prophete videre nõ possumus:
hãc assidue cognoscere: et sollicitè cõtem-
plari in sacro eloquio: in celestibus monitis:
in pceptis spiritalibus debemus. Qui cũ
aliquid de deo aspiciamus: in faciẽ nostrã
cadim⁹: quia ex malis erubescim⁹: que nos
meminim⁹ penetrasse. Ibi enim cadit ho-
mo ubi confundit. Unde et paulus quasi
quibusdã in facie iacẽtib⁹ dicebat: Quẽ
ergo fructũ habuistis tũc in illis in qui-
bus nũc erubescitis. Rom. 6. Ecce cele-

stis gratie dono largiẽte obuolutũ myste-
rijs libri inĩtiũ in ezechiel propheta discus-
sum: et dicta mystica moraliter disserẽ-
tes: volantẽ prophete hystoriã a terra ex-
traximus. Et que prius paruulorum anime
mibi quã similitũ volabat: sed nõ eleuabat:
tam nũc ab eis legat et cognoscat: euolet
et lenit. Agamus ergo gratias redempto-
ri nro: qui spiritali sp̃ alimẽto nos reficit:
qui panis viuus descendit de celo: et dat
vitã mundo. Qui vivit et regnat cum pa-
tre in vnitate spiritus sancti deus: per om-
nia secula seculorum Amen.

Explicit omelia. VIII.

**Incipit Omelia. IX. que se-
cundũ capitulũ interpretat: ab
illa parte in principio capituli:
Et audiui vocẽ loquentis: vsq;
ad illam partẽ in principio ter-
tij capituli. Fili hominis quod
cũq; inueneris comede.]**

Titũ libri in ezechiel prophe-
tã: magnis obscuritatib⁹ clau-
sum: et quibus mysterioꝝ no-
dia: ligatũ in omelijs octo: deo
dño nro iesu xpo largiẽte discussim⁹. Iam
nũc planiora sunt: et minus difficilia que
sequuntur. Charitati itaq; vestre cũ loqui
mur: eidẽ omnipotẽti deo gratias referẽ-
tes: quia post tot opaca siluarũ: tandem le-
ti ad campos extim⁹: in quibus liberis
gressibus locutiõis nostre in trepidũ pe-
dem ponam⁹. Ecce enim postq; propheta
similitudinẽ glorie dñi contẽplatus in fa-
ciem suã cecidit: adiungit.

**Et audiui vocẽ loquentis et
dixit ad me: Fili hominis sta su-
per pedes tuos: et loquar tecũ.]**

Ubi adhuc subditur.

**Et ingressus est in me spiri-
tus postq; locut⁹ est mihi: et sta-**

tuit me supra pedes meos.]

Ecce diuina vox iacētī pphete iussit vt surgeret: sed surgere oīno nō posset: nisi in hūc oīpotentis dei spiritus intrasset. Quia ex oīpotentis dei gratia ad bona opera conari quidē possumus: sed hec implere nō possumus: si ipse non adiuuat qui iubet. Sic paulus cū discipulos admoneret dicens: Cum metu et tremore vestram salutē operamini. Phillip. 2. illico quis in eis hec ipa bona opera operaret: aduēxit dicens: Deus est em̄ qui operatur in vobis: et velle et perficere pro bona voluntate. Hinc est em̄ quod ipa veritas discipulis dicit: Sine me nihil potestis facere. Jobis. 15. Sed in his considerandū est: quia si bona nostra sic oīpotētis dona sunt vt in eius aliquid nostrū non sit: cur nos quasi p̄ meritis eternā retributionem querim⁹? Si autē ita nostra sunt: vt dona dei oīpotentis nō sint: cur ex eis oīpotenti deo gratias agim⁹? Sed sciendū est: quia mala nostra solūmodo nostra sunt. Bona autē nostra oīpotētis dei sunt et nostra. Quia ipse aspirādo nos preuenit vt velimus: qui adiuuando subsequitur: ne inaniter velimus: sed possumus implere que volumus. Preueniēte ergo gratia et bona voluntate subsequēte: hoc quod oīpotētis dei donū est: fit meritū nostrū. Quod bene paulus breui sententia explicat dicens: Plus illis omnibus laboraui. 1. Corinth. 15. Qui ne videret sue virtutis tribuisse quod fecerat aduēxit. Non autē ego sed gratia dei meū. Quia em̄ celesti dono preuētus est: quasi alienū se a bono suo opere cognouit dicens: Non autē ego. Sed quia preueniēs gratia liberū in eo arbitriū fecerat in bono: quo libero arbitrio eandē gratiā est subsequitur in opere aduēxit. Sed gratia dei meū. Ac si diceret: In bono opere laboraui: nō ego: sed et ego et gratia. In eo enim quod solo dñi dono preuētus sum: nō ego. In eo autē quod donū voluntatis sum subsequutus ego. His igitur breuiter cōtra pelagum et celestinū dicitis ad exponendū ordinem redeamus.

glum et celestinū dicitis ad exponendū ordinem redeamus.

Fili hominis sta super pedes tuos et loquar tecum.]

Notandū nobis est ordo locutiōis et operis: quia prius similitudo glorie dñi apparet vt deiciat: postmodū alloquitur vt eleuet: deinde superabūdantis gratie spiritū mittit et leuat: ac supra pedes statuit. Nisi em̄ aliquid de eternitate in mēte videremus: nunquā in faciem nostrā penitendo caderemus. Sed iam iacētes vox domini consolatur: vt in opere surgamus: quod tamen nos facere nostra virtute nō possumus. Ipse ergo nos spiritus implet eleuat: et super pedes nostros statuit: vt qui proni in penitentia pro culpa iaculumus: recti postmodum in bono opere stemus. Sed stans propheta quid audierit aduersus dicens:

Et audiui loquentem ad me et dicentē: Fili hominis: mitto ego te ad filios israhel: ad gentes apostatrices: que recesserunt a me.]

Sic propheta describit sua: vt significet nostra. Nam quid est hoc quod ei iacenti dicitur: Sta super pedes tuos et loquar tecū? Qui enim iacētī loquebatur: cur non se: nisi statim promittit esse locuturum? Sed sciendū quia alia sunt que iacentes: alia que stātes audire debeamus. Jacenti enim dicit vt surgat: stanti autē precipit vt ad predicationē proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus preberi non debet auctoritas predicationis. Sed cum iam in bono opere surgimus: cū iam recti stare ceperimus: dignum est vt ad lucrandos alios in predicatione mitti debeamus. Stans ergo propheta visionē spiritalem vidit et cecidit. Cadens vero iam montis tūdis verbum suscepit vt surgeret. Surgens autem preceptum audiuit vt predicaret. Nam qui adhuc ex superbie vera

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

rice stamus: cū iam de eternitatis timore aliquid sentire ceperimus: dignū est vt ad penitentiam cadamus. Et cum infirmitatē nostrā subtiliter cognoscētes humiliter iacemus: per diuini verbi cōsolationē surgere ad fortia opa iubemur. Et cū iam in bonorū operū soliditate persistimus: necesse est vnde nosmetipsos corripimus: inde iam predicātes et alios leuamus. Facēti ergo non precipit vt ad predicationē pergat: ne infirmus quisq; hoc quod verbo edificare potest: opere destruat. Unde recte quoq; per psalmistā dicit: *Eduxit me de lacu miserie et de luto fecit et statuit supra petram pedes meos: et direxit gressus meos: et immisit in os meū canticū nouū hymnū deo nostro.* ps. 39. Prius em̄ de luto prauitatis educit: vt eius pedes per fidē in petra solidentur. Sed quia rectā fidei recta subsequi debet operatio: gressus eius directi sunt: vt post directionem gressuū: id est post perfectionē boni opis: in ore acciperet etiā nouū canticū predicationis. Sic saulus dū superbum asacū pergeret redemptoris voce prostratus iacuit. Actū. 9. Et qui predicator futurus erat: nō tū mox vt predicaret quō viderat audiuit. Sed iacēt dicit: In gredere in ciuitatē: et dicitur tibi quid te oporteat facere. Facens ergo hoc solū audire petuit: vt surgēs disceret quod audiret alī audierat. Surgens vero hoc didicit: vt que cognouerat predicaret. Sed querendū nobis est: cur ezechiē et paulus in faciē cadunt: et de ascensore equi: id est de eo qui in huius mūdi gloriā eleuatus est dicit: vt cadat ascensor eius retro. Genes. 49. Rursumq; de persecutorib; domini scriptū est. Abierūt retrosum et ceciderūt in terrā. Jobis. 18. Quid est hoc quod electi in faciē: et reprobi retrosum cadunt? Nisi quod om̄s qui post se cadit: ibi proculdubio cadit vbi non videt: qui vero ante se ceciderit: ibi cadit vbi videt. Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt: post se cadere dicunt: quia ibi corruunt: vbi quid eos nūc sequat: modo videre nō possunt.

sunt. Iusti vero: quia in istis visibilib; se metipsos sponte deiciunt: vt in inuisibilibus erigant: quasi in faciem cadunt: quia timore compacti videntes humiliantur. Morandū vero quod dicit:

Mitto ego te ad filios israhel ad gentes apostatrices que recesserunt a me.]

Sicut em̄ duobus modis a deo recedit: ita duobus modis a deo apostate hoies sūt. Nam vnusquisq; a conditore suo: aut fide recedit: aut opere. Sicut ergo qui fide de recedit apostata est: ita qui ad peruersum opus quō deseruerat redit: ab opore tū deo apostata absq; vlla dubietate deputabit: etiā si fidē tenere videat. Anū em̄ sine altero pdesse nil valet: q; nec fides sine opibus: nec opa adiuuāt sine fide: nisi fortasse p fide percipiēda sūt. Sicut cor melius ante p bonis opibus meruit audiri q; fidelis existeret. Act. 10. Quia ex recolligit: q; bona opera pro fide percipiēda faciebat. Nam cui ab angelo dicitur: *Orationes tue et elemosyne tue ascendent: in memoriā in conspectu dei.* Ibi dē. et mox pro eadē ascensione precipit: vt ad symonem mittat: qui ei veniēs predicare debeat: constat: quia hoc petijt: vnde meruit exaudiri. Sequit.

Patres eorū preuaricati sunt pactum meū vsq; ad diem hanc et filij dura facie et idomabili corde sunt ad quos ego mitto te.]

Ecce est vna culpa superbie: quia preuaricati sunt pactū. Ecce altera obstinatio: quia vsq; ad diē hanc. Ecce in iniquitate filiorū culpa grauis impudētie: quia dura facie: quoniam mala que faciūt iam: nec erubescūt: et nunq; vel post culpas ad penitentiam redeūt: quia indomabili corde sunt. Cum vero tante prauitatis: tanteq; obstinationis sint hi: ad quos propheta mittit: quis iam nō videat quod persona prophete tam peruersis hominibus

despici valeat: Sed ecce auctoritas personae tribuit: cum subdit.

Et dices ad eos: Hec dicit dominus deus.]

Ubi aperte diceret. Quia si ex te despicere: a mea voce necesse est ut loquaris ne contempnas: ipse qui mittit vires tribuit verba mea proferens ostende qui misit. Sequitur.

Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant: quia domus exasperans est.]

Dum cōstat quod om̄ipotens deus omnia sciat: mirandū valde est cur dicat: Si forte audiāt: et si forte quiescāt. Quia propter sciendū nobis est: quia ista dubitatio locutiōis dei non ex ignorātia: sed ex aliqua significatione descendit. Nam quis nesciat quod qui fecit et videt omnia: oīa sciat? Et per semetip̄am veritas in euāgelio de anti xp̄i predicatorib⁹ dicit. Dabūt signa magna et prodigia: ita ut in errore inducatur: si fieri potest etiā electi. Math. 24. Cur hoc sub dubitatione dicit: cū quid futurū sit a dño presciat. Anū vero e duob⁹ est. Quia si electi sunt: fieri nō potest. Si autē fieri potest: electi nō sunt. Et tamen dicit ut in errore inducant: si fieri potest etiā electi. Ista ergo dñici sermonis dubitatio: ex electoꝝ cordibus designatio tēptationis fuit: quia qui electi sunt ad persistendū per signa predicatorū anti xp̄i temptabunt ad cadendū. Per hoc ergo quod dicit si fieri potest: hoc exprimit: quod electi in corde temptabunt. Mutat̄ etiā sed non cadunt. Dicit ergo si videri potest: quia trepidabūt: et tamen dicunt electi: quia non cadunt. Dubitatio itaq; sermonis a dño in electis exprimit dubitationē mentis: quos et electos nominat: quia cernit quod in fide et bono opere persistunt. Unde hic quoq; dicitur.

Si forte audiant: et si forte quiescant.]

Per hoc etiā quod dicit: Si forte: quia

ex magna multitudine pauci audiant sicut demonstrat. Per dubitationē ergo sermō nū vel quid significat aliud: nisi paucitas auditorū? Notandū vero quod postquam mala parentū defunctorū dixerat: mittēs propheta ad filios dicit: Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant. Quid est dicere: vel ipsi: nisi quia eorū patres qui in culpa defuncti sunt: audire noluerūt. Pensemus rogo que virtus sit in hoc dñici sermonis defectu: ut dicat: Si forte vel ipsi audiant. Vobis hoc aperte dicit: qui afflicti: obsecrati: si alii oppressi: conclusi: omnia que in hoc mūdo habuimus bona perdidim⁹: vides virtutes: eversa castra: depopulatos agros: suffossas ecclesias videmus: et tamen adhuc parētes nostros: ad iniquitates sequimur: ab eorū elatione quā videmus nō mutamur. Et illi quidē inter gaudia nos vero quod est grauius inter flagella peccamus. Sed ecce om̄ipotens deus iniquitates iudicās: iam priores nostros abstulit: iam ad iudiciū vocauit: nos adhuc ad penitentiam expectat: nos ad reuertendū sustinet. Et qui in illis iam iudiciū exercauit: nobis sue patientie loganimitate prouocat: ne cū nostris p̄sibus perdat dicens:

Si forte vel ipsi audiant: et si forte quiescant: quia domus exasperans est.]

Om̄nis anima etiā post acceptā fidem in peruersitate sua: aut permanēs: aut reuertē domus exasperans vocat: quia eū quē per fidem susceperat: repellit a se prauis moribus habitatorē deū. Nam dom⁹ inhabitat a dño: si ergo domus quare exasperans? Si ergo exasperans quare dom⁹ que vtiq; iam nō inhabitat? Sed domus quia in ea deus per fidē habitare cepit. Exasperans vero est: quia ab ea prauis moribus repulsius exijt ut vacua remaneat: quā prius celestis inhabitator replebat. Unde etiā sicut veritatis voce cognouimus: nequissimus spūs cū septē alijs relictis domū scopis mundatā inuenit: quia mentē a virtutib⁹ alienā replet. Sequit̄

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Et sciens: quia propheta fuerit in medio eorum.]

Malis scire bonos aut ad adiutorium salutis proficere: aut ad testimonium damnationis solet. Sciatur ergo quia in medio eorum propheta fuerit: ut audita predicatione aut ad iuuentur ut surgant et conuertentur: aut sic in iniquitatibus eorum dampnentur: ut excusatione careant. Sequitur.

Tu ergo fili hominis ne timeas eos: neque sermones eorum metuas: quonia increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas.]

Pater ad quam peruersos in predicatione mittit: qui ne timeant amoneat. Et quod praeter alia iniqua faciunt: et adhuc alijs alijs alia minantur propter illa que faciunt dicunt: **Ne timeas eos.** Et propter hoc quod minantur adiungit. **Neque sermones eorum metuas.** Vel certe: quia reprobi atque iniqui et mala bonis ingerunt: et eorum semper actibus derogant. **Propheta missus amoneat: ne eorum vel crudelitate aut furore metuas: vel verba pertimescat.** In hoc itaque quod dicitur: **ne timeas prophetam dicitur auctoritas predicationis.** Et quia omnes qui in deo viuunt: oratione sumus veritatis: ut sepe per alium in his sepe vero alius loquat per me: sic nobis boni verbi inesse auctoritas debet: ut et is qui praesertim dicat recte libere: et is qui subest inferre bona humiliter non recuset. **Bonum enim quod maiori a minori dicitur: tunc vere bonum est: si humiliter dicatur.** Nam si rectitudo seruetur: humilitate loquendi praedicta: radice sensus in ramo lingue viciat: **Quod videlicet viciu tam non ex ramo: sed ex radice est: quia nisi cor intumesceret: lingua minime superbiat.** In esse ergo ad loquendum priorum humilis auctoritas: inesse autem minorum libera humilitas debet. Sed sepe in hominibus ipse loquendi ordo confunditur: sicut et longe superius

dirimus. **Itaque aliqui quis per timorem elationis loquitur: et loqui se per auctoritatem libertatis existimat: et aliquando alius per stultum timorem tacet: et tacere se per humilitatem putat.** Ille locum sui regiminis attendens non metit sensum cum oris: iste locum suae subiectionis considerans: timet dicere bona que sentit: et ignorat quantum charitati reus efficiat tacendo. Sic vero sub auctoritate superbia: et humanus timor sub humilitate se palliat: ut sepe nec ille valeat considerare quid deo: nec iste quid debeat primo. Nam ille eos qui sibi subiecti sunt contemnit: et ei cui omnes alii omnia subiacent non intedit in elatione attollit: et de elatione attollit: et de elatione sua velut de auctoritate gloriatur. Iste vero nonnunquam dum timet ne maioris gratiam amittat: atque per hoc aliquid temporalis dampni sustineat: recta que intelligit occultat: atque apud se tacens ipsum timorem quo constringit: humilitate nominat. Sed ei alii eum cui nil vult dicere: tacendo in cogitatione diiudicat: fitque ut vnde se humiliter existimat: inde de grauius sit superbior. **Discernenda ergo semper sunt: libertas et superbia: humilitas et timor: ne aut timor humilitatem: aut superbia libertatem fingat.** Ezechiel itaque quia non solum populo: sed etiam senioribus loqui mittebat: ne incautum timorem humilitatem crederet: ut timere non debeat amoneat dum dicit: **Ne timeas eos.** Ac ne forte derogationis eorum verba pertimescat adiungit. **Neque sermones eorum metuas.** Cur autem linguas derogantium timere non debeat: etiam causa subiungit cum protinus subinfert. **Quonia increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas.** **Timendi enim essent hi quibus loqui mittebat si in fide et opere deo omnino potestati placuissent: quia autem increduli et subuersores sunt: in suis sermonibus derogantes: timendi non sunt: quia stultus valde est si illis placere querimus: quos non placere domino scimus. Debent autem haberi in metu et reuerentia iudicia iustorum: quia membra omnipotentis dei sunt: et hoc ipsi**

terra reprehendit quod dominus redarguit e celo. Nam peruersorum derogatio vite nostre approbatio est: quia iam ostendit nos aliquid iusticie habere: si illis displicere incipimus: qui non placent deo. Nemo enim potest in vna eademque re omnipotentem domino atque eius hostibus gratiam existere. Nam deo se amicum denegat: qui eius placet inimico inimicis veritatis aduersariis: qui ei de veritate in mente subiugat. Unde sancti viri in vocis libere increpationis succedunt: eos ad sua odia excitare non metunt: quos deus diligere non cognoscunt. Quod propheta ardentem exhibens creatori omnium quasi in munere obtulit dicens: Nonne qui te oderunt deus odert illos: et super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. ps. 138. Et si aperte dicat: Pensa quantum te diligo: qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc iterum dicit: Qui retribuere mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam subsecutus sum iusticiam. ps. 37. Bonum valde est quod iustus tribuit: quando male agentibus libera voce contradicit. Sed peruersi mala pro bonis retribuunt cum iustis derogant: quia contra eos iusticie defensionem seruant. Non enim iusti humana iudicia: sed eterni iudicis examen aspiciunt: atque ideo derogantium verba contempnunt. Hinc etiam derogantibus corinthiis paulus dicebat. Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer aut humano die. 1. Corinth. 4. Qui nec in corde suo vnde se reprehendere potuisset inueniens adiungit. Sed neque me ipsum iudico. Videns autem: quia ei ad perfectionem sanctitatis nec suum iudicium sufficeret: subdidit. Sed non in hoc iustificatus sum. Cur vero nec sibi metipsum de seipso credidit: causam reddidit cum subiunxit. Qui autem iudicat me dominus est. Ac si aperte dicat: Nec ego de meo iudicio credendum existimo: quia ille me iudicat: cuius ego iudicium non comprehendo. Hinc beatus Job cum amicorum derogantium linguas inter dolores vulne-

rum patere faculo verberum: cogitatione plenus ad conscientiam recurrit: atque ubi mentem solidam haberet: aspexit dicens: Ecce enim in celo testis meus: et conscius meus in excelsis. Job. 15. Qui etiam subdit: Verbo mei: amici mei: ad deum stillat oculus meus. Ibidem. In omne enim quod de nobis dicitur: semper taciti recurrere ad mentem debemus: interiorum testem et iudicem querere. Quid enim prodest si omnes laudent: cum conscientia accusat? Aut quid poterit obesse si omnes nobis derogent: et sola nos conscientia defendat? Beatus ergo Job inter linguas derogantium inflexa mente persistens: quia in terra se impugnari falsis sermonibus vidit: in celo testem quesivit. Hinc Esaias ait: Popule meus qui beatificant te: ipsi decipiunt te: et viam gressuum tuorum dissipant. Esaias. 3. Qui videlicet populus ne verba sue laudis attenderet: et in culpis altius periret: statim ei dicit: quem aspiciat: cuius iudicium pertimescat: cui subdidit. Stat ad iudicandum deus: stat ad iudicandos populos. Ibidem. Et si aperte diceret: Iudicia humana cur sequeris: qui stare super te celestem iudicem scis? Hinc est quod Iohannes baptista veritas esse arundinem vento agitatam negat dicens: Quid existis in deserto videre arundinem vento agitatam? Mathei. 11. Quod quia negando dixerit non affirmando: subiuncta verba testatur. Aut enim: Sed quid existis videre in deserto hominem mollibus vestitum: ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Lucae. 7. Arundo autem vento agitata modo flatibus erigitur: modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus: qui vel derogatione dei excutitur: vel laudibus exaltatur: arundo vento agitata est: quod Iohannes non erat: quia inflexibilem mentis verticem inter laudes hominum: et derogationes tenebat. Sed magna inquisitionis re indiget: cum recti operis viam tenemus: utrum sentiper despiciere derogantium verba debeamus: an certe aliquando comperere. De qua

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

re sciendū est: quia linguas detrahētū sicut nostro studio nō debemus excitare ne ipsi pereant: ira per suā maliciā excitatas debemus equanimiter tolerare: vt nobis meritū crescat. Aliquū autē etiam cōpescere: ne dū de nobis mala dissemināt: eorū qui audire nos ad bona poterāt corda innocentū corrumpāt. Hinc est etiā qd iohānes obrectatoris sui linguā redarguit dicens: His qui amat primatū gerere in eis diotrepes nō recipit nos: ppter hoc si venero cōmoueā eius opera que facit: verbis malignis garris in nos. 3. Job. 2. Hinc paulus iterū detrahētibus corinthiis loquit̄ dicens. Epistole inquisit̄ graues sunt et fortes: p̄sentia autē corporis infirma: et sermo cōtempribilis hoc cogitet qui h̄mōi est: quia quales sum⁹ in verbo per epistolas absentes: tales et p̄sentes in opere. 2. Corint̄. 10. Hic etem quoy vita in exemplo imitatiois est posita: debēt si possunt detrahentiū sibi verba cōpescere: ne eorū predicationē nō audiāt: qui audire poterāt: et in prauis morib⁹ remanentes bene viuere cōtempnant. Sed hac in re subtili inquisitione necesse est: vt semetipm̄ animus inuestiget: ne fortasse sine laudis gloriā querat: et animarū lucra se querere nostra cogitatio simulet. Sepe enim sui nois laude animum pascit: et quasi sub obrentu lucrorū spiritualiū: cū de se bona dici cognouerit letat. Et sepe sue glorie defensionem cōtra detrahētes irascit: et fingit sibi met qd hoc ex eorū zelo faciat: quorū corda a bono itinere detrahētis sermo perturbat. Illi ergo debēt magnopere curare: ne cōtra eorū opinionē detrahentiū verba preualeāt: qui suā conscientia subtiliter discutētes se in ea inuentū de amore puate glorie nihil habere. Hinc est etiā qd iusti itaq; perfecti aliqui virtutes suas p̄dicāt: bona que diuinit⁹ acceperūt narant: nō vt ipsi apud homines sua ostensione p̄ficiant: sed vt eos quib⁹ predicant: exemplo suo ad vitā trahant. Unde paulus ap̄tus quotiēs sustibus cesus: quotiens lapidatus: quotiēs naufragiū pertus-

lit: quāta pro veritate sustinuit: qd ad terrā celū raptus: qd in paradysum ductus sit corinthis narrat. 2. Corint̄. 11. vt eorū sensum a falsis p̄dicatorib⁹ aueriat: vt dū se innotesceret qualis esset: illi eis vislescerēt: quos ab eis cognouerat inique venerari. Qd perfecti eū faciūt: id est cū virtutes p̄prias locunt: in hoc quoq; op̄otentis dei imitatores sunt: qui laudes suas hominibus loquit̄: vt ab hominibus cognoscat. Nam cū scriptura als scriptura sancta precipiat dicens: Laudet te alien⁹ et nō os tuū. Proverb. 37. Quomodo facit ip̄e quod p̄hibet? Sed si virtutes suas omnipotens dñs taceret: eū nullus agnosceret: nullus amaret: si nullus amaret nullus ad vitā rediret. Unde et per psalmistā de eo dicit: Virtutē operū suoy annūciabit populo suo: vt det illis hereditatem gentiū. ps. 128. Virtutes ergo suas annūciat: nō vt laudibus suis ip̄e p̄ficiat sed vt hi qui hūc ex sua laude cognouerūt ad perpetuā hereditatē veniāt. Iusti itaq; atq; perfecti nō solum cū vituperationis sue verba reprehendūt: sed etiā cū virtutes quas habet in firmis locunt: et p̄benfribiles nō sunt: quia per suā vitam quā referunt: alioy animas ad vitā querūt. De quibus tñ sciendū est: qz nunq̄ bona sua detegūt: nisi eos vt dixi: aut proximoy vitilas: aut certe nimia necessitas cogat. Unde paulus ap̄tus cū virtutes corinthiis enumerasset: adiūxit. Factus sum insipiens: vos me coegistis. 2. Corint̄. 12. Fit vero aliquādo vt necessitate cōpulsus in bonis que de se referūt: non alioy utilitatē sed suā requirant. Sicut beatus iob facta sua enumerat dicens: Oculi mei celo et pes claudo: pater erā pauperū: et causam quā nesciebā: diligentissime inuestigabā. Job. 29. Et multa alia que se pie egisse cōmemorat. Sed quia in vulnere doloris positus: ab amicis increpātibus impie egisse: et violentus primis atq; oppressor pauperū fuisse dicebat: vir sanctus inter flagella dei et humane increpationis verba dep̄hensus: mentē suam grauit̄

eōcuti: atq; ad desperatiōis foueā conspe-
 xit impelli: qui iam itaq; cadere poterat:
 nisi ad memoriā sua beneacta reuocasset:
 vt ad spem ania reduceret: ne oppressus
 verbis et vulneribus in desperatiōe pert-
 ret. Quod ergo bona sua enumerat: non
 inotescere alijs quasi ex laude desiderat:
 sed ad spem animū reformat. Iusti itaq;
 sicut sine arrogātia locunt aliquādo bona
 que agūt: ita sine zelo priuate glorie de-
 trahentiū sibi linguas redarguūt: quia no-
 xia locunt. Cum vero lingue derogantiū
 corrigi nequeūt: equanimiter sūt per om-
 nia tolerande: nec obtretractiōis sermo tis-
 mendus est: ne dū vituperatio peruerfoꝝ
 metuit: recti operis via dēseratur. Unde
 nūc ezechieli pꝛophete dicit: Sermones
 eoz ne metuas: quia increduli et subuer-
 sores sunt tecū. Minus autē mali esset: si
 hi qui sūt increduli: subuersores minime
 fuissent: quia em̄ ipi vel celestis regni p̄-
 mia: vel gehēne esse supplicia nō credūt:
 in suis prauitatibus dimissi: a fide et ope-
 re etiā alios subuertūt: vt regnū quod ipi
 capere alio appetere non volūt: ne alter af-
 sequat. Hi nāq; cū teneriores quosdā bo-
 na incipere: mala iam deuitare cognoue-
 rūt: modo irridēdo quod in celis p̄mitti-
 tur: modo despiciētes quod deus om̄ipo-
 tēs de inferni supplicijs minat: mō lau-
 dādo bona temporalia et delectatiōes pre-
 sentis seculi callida persuasione pollicen-
 do: defectunt mentes innocentium: eozūq;
 itinera peruertūt. Gaudēt si quos potue-
 rint a vita reuocare: ad mortē trahere: les-
 tant in prauitatibus suis: exultāt in alie-
 nis. His nimirū pena sua non sufficit: qui
 agūt ne soli moriant. Et si fortasse iustum
 quēpiam tāte iam virtutis inuenerint: vt
 ei loqui cōtraria non presumāt: quia sub-
 uerfores esse nō possūt: statim scorpiones
 fiunt. Scorpio em̄ palando incedit: sed
 cauda ferit: nec mordet a facie: sed a poste-
 rioribus nocet. Scorpiones ergo sūt om-
 nes blādi et maledicosi: qui bonis quidē in
 facie nō resistūt: sed mox vt recesserint de-
 rogāt: alios quos valuerint inflammāt:

queq; possunt noxia immittūt: mortifera
 inferre occulte nō desinūt. Scorpiones ergo
 sunt: qui blandi et innoxij in facie vi-
 dent: sed post dorsum portāt vnde vene-
 num fundant. Qui em̄ in occulto feriūt:
 quasi mortē latenter trahūt. Unde et etiā
 per psalmistā dicit: Circumdederūt me si-
 cut apes: et exarserūt sicut ignis in spinis
 ps. 117. Apes enim in ore mel habēt: in
 aculeo caude vulnus. Et om̄es qui lin-
 gua blandiunt: sed latenter ex malicia fe-
 riūt: apes sunt. Quia loquēdo dulcedi-
 nē mellis proponūt: sed occulte feriendo
 vulnus inferūt. Ista vero faciētes exarde-
 scūt: sicut ignis in spinis: quia per flāmas
 detrahentiū non iustoz vita cōburit: sed
 si que eis inesse poterant: peccatoꝝ spine
 cōcremant. Dicit ergo: Increduli et sub-
 uerfores sunt tecū: et cū scorpionibus ha-
 bitas. Increduli scz deo: subuersores ve-
 ro infirmātib; primis. Scorpiones au-
 tem etiā fortibus ac robustis. Quibus et
 si in facie cōtradicere nō presumāt: ex oc-
 culto tamen vulnus derogatiōis inferūt.
 Increduli quippe simul et subuersores et
 scorpiones sunt: quia et audita ea que dei
 sunt nō credūt: et eos quos preualēt a bo-
 nis moribus subuertūt: et quos inflectere
 nō valent: occultis machinatiōibus feri-
 unt. Qua in re hoc quoq; notandū est:
 quia cū pꝛophete dicit: Increduli et sub-
 uerfores sunt tecū: et cū scorpionib; habitas:
 nobis cōsolatiōis medicamentū proferet:
 quos sepe tedet viuere: dū nolumus cum
 malis habitare. Querimur etem̄ cur nō
 om̄es boni sunt qui nobiscū viuūt. Mala
 proximoꝝ ferre nolumus: om̄es sanctos
 tā debere esse decernim;: dū esse nolum;
 qd ex primis pottemus. Sed hac in re
 luce clarius patet: dū malos portare ren-
 nuimus: q̄ multū adhuc ipi de bonis ni-
 nus habeamus. Neq; em̄ perfecte bonus
 est: nisi qui fuerit et cū malis bonus. Hinc
 beatus iob de semetip̄o asserit dicens: Frā-
 ter fui draconum: et socius strutionū. Job
 30. Hinc paulus ap̄tus dicit: In medio
 natiōis prauę et peruerse: inter quos luce

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

tis sicut luminaria in mundo. Philip. 2.
Hinc petr⁹ gregis dñici pastor dicit: Iu-
stū loth oppressum a nephandoz iniuria
cōuersatiōe eripuit: aspectu em̄ ⁊ auditu
iustus erat habitās apud eos: qui de die
in diē animā iusti iniquis operibus cru-
ciabāt. 2. Petri. 2. Sepe vero cū de vita
proximoz querimur: mutare locū cona-
mur: secretū vite remotioris eligere: vide
licet ignozātes: quia si dest spirit⁹ nō ad
liuat locus. Idem em̄ loth de quo loqui-
mur in sodomis sanctus extitit: in monte
peccauit. Gen. 19. Quia autē loca mentē
non munit: ipse humani generis p̄imus
testat parens: qui ⁊ in paradiso cecidit.
Sed minus sunt oīa que loquimur ex ter-
ra. Nā si locus saluare potuisset: sathā de
celo nō caderet. Unde psalmista vbiq; in
hoc mūdo temptatiōes esse conspiciens:
quesiuit locū quo fugeret: sed sine deo in-
uenire nō potuit munitū. Ex qua re ⁊ ip̄s
sibi locū fieri petijt: propter quē locū que-
siuit dicens: Esto mihi in deū protectozē
⁊ in locuz munitū als in domū refugij vt
saluū me facias. ps. 30. Tolerandi ergo
vbiq; sunt primi: quia abel fieri nō valet
quē cayn malicia non exerceat. Unū vero
est pro quo vitari societas debeat maloz
ne si fortasse corrigi nō valeant: ad imita-
tionē trabāt: ⁊ cum ip̄sa sua malicia non
mutant: eos qui sibi consucti fuerint: per-
nertāt. Unde paulus ait: Corruptis mo-
res bonos colloquia mala. 1. Corinth. 15
⁊ sicut per salomonē dicit: Noli esse ami-
cus homini iracūdo: nec ambules cū viro
furioso: ne forte discas semitas eius: ⁊ su-
mas scandalū anime tue. Proverb. 22.
Sicut ergo perfecti viri peruersos proxi-
mos nō debent fugere: quia ⁊ eos sepe ad
rectitudinē trabūt: ⁊ ipsi ad peruersitatē
nunq̄ trabunt: ita infirmi quoz societate
declinare debēt prauoz: ne mala que fre-
quēter aspiciūt: ⁊ corrigere nō valent: de-
lectent imitari. Sic em̄ verba proximoz
audiēdo quotidie sumimus in mente: si-
cut stando atq; respirādo: aerē trahimus
corpe: ⁊ sicut mal⁹ aer assiduo flatu trabē

do als tractus inficit corpus: ita peruersa
locutio assidue audita: infirmantiū in-
ficit animū vt tabescat delectatione prauū
operis: assidui iniquitate sermonis. seq̄t.

**Verba eozū ne timeas: ⁊ vul-
tus eozū ne formides: quia do-
mus exasperans est.]**

Ideo boni timēdi sunt: ne offendant ne
fortasse pro eis als ne forte per eos ille p-
uocet ad irā qui eoz corda semper inha-
bitat. Nam sicut superius dictū est: si ma-
los offendimus: timere minime debem⁹:
quia illis nostra actio displicet: quib⁹ nec
iusticia creatoris placet. Quid ergo timē-
dū est si nobis ingrati sunt: qui deo ama-
biles nō sunt. Unde recte nūc dicit.

**Verba eoz ne timeas: ⁊ vul-
tus eoz ne formides: quia do-
mus exasperans est.]**

Ac si aperte diceret: Timendū essent nō
si me in suis actibus exasperēt. De quib⁹
adhuc subdit.

**Loqueris ergo verba mea
ad eos si forte audiāt ⁊ quiescāt
quia irritatores sunt.]**

Omnis qui peccat: quid aliud q̄ condi-
toris sui in se iracundiā irritat: ⁊ scimus
quia quorū actus quorūq; verbo: quorū
ens cogitatio delinquimus: deū contra
nos toties irritamus: sed tamē sustinet ⁊
clemēter expectat per patientiā: per pre-
dicatores autē suos verbū nobis exhorta-
tiōis prerogat. Omnis autē q̄ recta p̄dicat
si audis: iram irritati creatoris super p̄u-
ricatozē populū placat. Unde necesse est
vt ip̄e non debeat agere malū: quod solt
in populo furozē cōditōris sui irritare: p-
per q̄ iam subdit.

**Tu autem fili hominis audi
quēcūq; loquor ad te: ⁊ noli esse
exasperans sicut domus exaspe-
ratrix est.]**

Idest mala que fieri cōspicis: ip̄e non fa-

clas ne hoc qđ prohibere mitteris: iſe cō
mittas. Omnis etenim predicator intentia
semper debet mēte pensare: ne qui missus
est lapsos stringere alio erigere: iſe in pra
uitate operis cū lapsis cadat: et pauli hūc
apostoli sententia feriat dicentis: In quo al
terū iudicas teipm cōdemnas. Ro. 12.
Unde Balaā dei spiritu repletus ad lo
quendū: sed tamen in carnalē vitā suo spi
ritu detētus: de semetipso loquitur dicens:
Dixit auditor sermonū dei: qui nouit do
ctrinā altissimā: et visiones omnipotentis vi
det: et qui cadens apertos habet oculos.
Huius 22. Cadēs apertos oculos habuit:
qui rectū quod diceret vidit: sed recte vi
uere alio videre cōtempſit. Cadens videt
licet in peruerso opere: et apertos habēs
oculos in sancta predicatione. Est tamen
aliud qđ possit intelligi cur beatus Eze
chiel qui ad predicationē mittit esse exa
sperās prohibet: nisi em̄ ad loquēda ver
ba cū mittebat obedire: omnipotentē do
minū sicut populus de peruerso opere: sic
ppheta de suo silentio exasperasset. Huius
sicut mali ideo deū exasperat: quia locun
tur vel faciūt mala: ita nōnunq̄ boni exa
sperat: quia reticent bona. Illis itaq; cul
pa est peruersa agere: istis recta reticere.
In hoc ergo cū malis etiā boni simul deū
exasperat. Quia cū peruersa nō increpāt
eis per suū silentiū proficiendi licentiam
prestāt. Sequit̄.

**Aperi os tuū et comede que
cunq; do tibi.]**

Aperimus os nostrū cū recta loquimur
et comedim⁹ que a deo accipimus: quia et
tribuit et auget in nostris sensibus cib⁹ vi
te: cū predicare ceperimus. Unde pphē
ta altius dicit: Os meū aperui: et attraxi
spiritū. ps. 118. Non em̄ spiritū attrahes
ret: nisi os aperiret: quia nisi ad predican
dū proximis se impenderet: spiritus illi do
ctrine in eo gratia nō creuisset. Sequit̄.

**Et vidi et ecce manus missa
ad me: in qua erat inuolutus li
ber: et expandit illū corā me qui**

erat scriptus intus et foris.]

Sicut per pphētā predicator ordo: sicut
per librū quē accepit: scripture sacre pagi
ne designant. Liber autē inuolutus est:
scripture sacre eloquiū obscurū: qđ profū
ditate sententiarū inuoluit: ut non facile
sensu omnium penetret. Sed corā pphē
ta liber expandit: quia corā predicatoris
bus sacri eloquiū obscuritas aperit. In
uolutū librū man⁹ dei porreerat: cū euā
gelista dicebat: Simile factū est regnū ce
lorū homini qui seminauit bonū semen in
agro suo: cū autē dormirēt bonū semen in
agro nit inimicus eius et supseminauit zizania
in medio tritici et abijt. Tum autē creuis
set herba et fructū fecisset: tūc apparuerūt
et zizania. Mat. 13. et reliqua que chari
tas vestra etiā me reticēte reminiscit. Sz
librū quē inuolutū ostenderat expandit: cū
hoc qđ per enigmata loquebat: exposuit
dicens: Qui seminauit bonū semen est fi
lius hominis: ager autem est mūdus: bonū
vero semē hi sunt filij regni: zizania autē
filij sunt neq̄: inimicus autē qui semina
uit ea est dyabolus: messis vero cōsumma
tio seculi est: messorum autem angeli sunt.
Sicut ergo colligunt zizania et igne com
burunt: sic erit incōsummatio seculi. In
uolutus itaq; liber expandit: quādo hoc
qđ obscure prolātū fuerat: per latitudinē
intellectus aperit. Hunc inuolutū librū
veritas expandit: quādo in discipulis egit
qđ scriptū est. Tūc aperuit illis sensum
ut intelligerēt scripturas. Luc. 24. De
quo hic libro subdit.

Qui erat script⁹ intus et foris.]

Liber em̄ sacri eloquiū intus script⁹ est:
per allegoriā: foris per hystoriā: intus p
spiritualē intellectu: foris autē per sensum
littere simplicē: adhuc infirmitatibus cō
gruentē. Intus qz inuisibilia pmittit: fo
ris qz visibilia pceptorū suoz rectitudine
dispōit. Int⁹ qz celestia pollicet: foris at
qz trena pteptibilia qualis sint: vel in vſu
hūda: vel desiderio fugiēda p̄cipit. Alla
nāq; de secretis celestib⁹ loq̄t: alia de in
teriorib⁹ actiōibus iubet. Et ea quidē

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

que foris precipit patet: sed illa que de internis narrat plene apprehendi nequeunt. Unde scriptum est. *Extendens celum sicut pellem qui regis aquis superiora eius.* ps. 103. *Quid enim celi nomine: nisi sacra scriptura signat? De qua nobis et sol sapientie et luna scientie: et ex antiquis patribus stelle exemplorum atque virtutum lucent. Quod sicut pellis extendit: quia per scriptores suos carnis lingua formatum ante oculos nostros per verba doctorum exponendo displicat. Quid vero aquarum nomine: nisi sanctissimi angelorum signantur choiri. De quibus scriptum est. Et aque que super celos sunt: laudant nomen domini.* ps. 149. *Huius ergo celi superiora dominus aquis tegit: quia alta sacri eloquii: id est ea que de natura divinitatis: vel de eternis gaudiis narrat nobis adhuc nescientibus solis angelis in secreto sunt cognita. Celi ergo hoc et coram nobis extendit: et tamen in aquis superiora eius conteguntur: quia et quedam sacri eloquii iam nobis per apertionem spiritus patet: et quedam que solis angelis possunt esse manifesta: nobis adhuc servantur occulta. De quibus tamen occultis iam parte per spiritalem intelligentiam sentimus: iam sancti spiritus pignus accepimus: quia aliquid que hec et plene necdum cognovimus: et tamen in medullis amamus: et in multis spiritibus sensibus quos iam cognovimus: veritatis pabulo pascimur. Dicat ergo. Qui erat scriptus intus et foris: quia in sacro eloquio et dictis occultio abus atque subtilioribus satiantur fortes: et preceptis apertioribus nos parvuli nutrimur. Unde scriptum est. *Montes excelsi ceruicis: petra refugium herinacis.* ps. 103. *Habeant enim montes intelligentie: qui iam contemplationis saltus sicut cervi dare novenerunt: sed petra sit refugium herinacis: quia nos parvuli et peccatorum nostrorum spinis cooperti: et si intelligere alta non possumus: in petre nostre refugio: id est in christi fide saluamur. Unde et quibusdam dicitur. *Abibit iudicavi me scire inter vos: nisi christum iesum et hunc crucifixum.* 1. Corinthis. 2. *Ac si diceret. Quia***

vos capere divinitatis eius mysteria non posse pensavi: sola vobis humanitatis eius infirma locutus sum. Sequitur.

Et scripta erant in eo lamentationes et carmen et ve.]

*Carmen aliquando in bono: aliquando vero in malo dici aliquid accipi dubium non est: quia et letum carmen et lugubre carmen dicere possumus. Sed nos scripture sacre usum sequentes: que pene semper carmen ponere in prosperis solet: hoc in loco pro bona parte dictum carmen accepimus. Nam cum omnipotens deus populum suum de mari rubro liberasset. Scriptum est. *Tunc moyses et filii israel cecinerunt carmen domino.* Exod. 15. *Et cum david victoriam de hostibus fecisset: scriptum est. Locutus est david domino deus carmen huius.* 2. Regum. 22. *Salomon quoque ait: Accutus in nitro: et qui cantat carmina corde pessimo.* Prover. 25. *Accutus qui prope se mittat in nitro: servescit nitrum protinus et ebullit. Et perversa mens quando per increpationem corripitur: aut per predicationis dulcedinem bona suadentium: de corde prorsus fit deterior: et inde in inurmuratione iniquitate succendit: unde debuit ab iniquitate compeisci. Per helyu quoque de ingrato ne sese desperare dicit. *Et non dixit: vbi est deus qui fecit me qui dedit carmina in nos etc.* Job. 35. *Carmen quippe in nocte est leticia in tribulatione. Carmen autem in nocte accepimus: quando in pressuris presentibus de futuris gaudiis consolamur. Carmen nobis in nocte ostendebat apostolus cum dicebat: *Spe gaudetes in tribulatione patientes.* Rom. 12. *Carmen in nocte david habere indicat dicens: Tu mihi es refugium a pressura que circumdedit me exultatio mea: redime me a circumdantibus me.* ps. 31. *Qui enim circumdare se pressuris narrat: et tamen deum sibi esse exultationem nominat: proculdubio carmen in nocte cantat. Quia igitur pene semper in bono carmen ponere scriptura sacra consuevit: ita a nobis etiam in hoc loco debet intelligi. *Et autem in scriptura sacra sepius de eterno lu-*****

ctu & presenti solet intelligi. Unde scri-
ptū est. *De impio in malo: retributio est
manuū eius fiet ei. Esaie. 3. Et beatus Iob
loquitur dicens: Si impius fuero ve mihi
est. Si autē iustus nō leuabo caput satū;
ratus afflictioē et miseria. Job. 1. Iustoz
em̄ afflictio temporalis est. De ergo quod
dixit: a tempore afflictioē distinguit: qui et
iustū afflictioē et impiū ve habere perhi-
buit. Per semetip̄am quoq; veritas dicit
De mūdo ab scandalis. *Matth. 18. Et ve
vobis qui ridetis: quoniā flebitis. Luce
6. Et ve pregnātib; et nutrīctibus in il-
lis dieb;. Mar. 23. Pensandū nobis er-
go est quomodo hec tria in sacro volumi-
ne scripta sint: lamentatioēs carnē et ve.
Amētatō videlicet: quia in eo cōscripta
est penitentiā peccatoz. Carmen vero:
quia ibi p̄nūciant gaudia iustoz. Et au-
tē: quia illic expressa est dampnatio repro-
boz. Et ergo peccata punias: lege que ī
hoc volumine scripta sunt lamēta. Scin-
dite corda vestra et nō vestimēta vestra.
Jobel. 1. Et rursus. Miseri estote et lu-
gete: rīsus vester in luctū cōuertet: et gau-
diū in merorē. *Jacob. 4. Et autē in pro-
missione gaudij sequētis hylarescas: co-
gnosce que in hoc volumine scripta su-
n carnīa laudis eterne. Beati qui habitāt
in domo tua dñe: in seculū seculi lauda-
būt te. ps. 83. Et sicut per quendā sapien-
tē de celesti hierusalē dicit: Ex lapide pre-
cioso et mūdo oēs platee ei⁹ sternēt: et per
omnes vicos eius alleluia cantabit. *To-
bie. 13. Hoc nobis carnē celestis patrie
nūciare ciues eius venerāt: qui cōcordi-
ter clamabāt: Gloria in excelsis deoz: et in
terra pax hominibus bone volūtatīs. *Luce.
2. Sed si adhuc p̄senti seculo mēte he-
res: si adhuc terrenis voluptatibus dele-
ctaris: amare nō potes gaudia et̄na que
audis. Cognosce ergo in hoc volumine
ve qd̄ in eo scriptū est: atq; ab animo per
timorē expelle qd̄ diligis: vt possis ex iu-
dicio carmen amare qd̄ legis. Ibi quippe
sub vi⁹ dampnati specie multitudo om-
nis exprimit reproboz: cū voce veritatis*****

dicit: *Ligatis pedibus eius ac manibus
mittite eū in tenebras exteriores: illic erit
fletus et stridor dentū. Matth. 22. Tūc
em̄ reprobi in exteriores tenebras cadūt
quia nūc in interioribus sua se sponte de-
iecerūt: vt veritatis lumē: nec credendo:
nec bene operādo sequerent. In quibus
ligatis pedib; ac manibus mitti precipiū-
tur: quia nūc dū tempus operādi atq; cur-
rendi est: habere manus et pedes liberos
in bona actioē noluerūt. Ibi ve reprobo-
rū scriptū est. *Uermis eoz non moriet: et
ignis eoz non extinguet. Esaie. 66. Ibi
dampnatis ac repulsis dicit: *Discedite a
me maledicti in ignē eternū: qui prepara-
tus est dyabolo et angelis eius. *Matth. 25
In hoc itaq; volumine cūcta que edificant
oīa q̄ erudiat: scripta cōtinent. Peccasti
em̄ et iā te penitet illicita p̄petrasse: vt ad
agendā penitentiā docearis: Ibi inuenis
lamēta. Spe celestū gaudioz mentē re-
leuare desideras: Ibi ad cōsolationē tuam
inuenis carnē. Sin vero mala p̄petra-
sti: et hec te p̄petrasse nō penitet: sed cer-
uicē mentis erigis: ad nulla penitētie la-
mentatōes inclinans: nulla celestū gau-
dioz expectatioē corrigis: velis nollis
ibi scriptū auditurus es ve: vt quē nec ti-
mor ad penitentiā humiliat: nec spes ad
superna premita exaltat: dampnatioē sue
iam nūc penā prospiciat: et sine excusatio-
ne in eternū supplicij cadat. Quid igit̄
fratres: quid agendū est miseris nobis: ni-
si vt euigilemus ad hui⁹ verba volumis;
et mala que nos egisse meminim⁹: fletib;
puniamus: vt per lamēta penitentie per-
ueniamus ad carnē vite. Ne si affligi mo-
do penitēdo volumus: ve postmodū sine
fine sentiamus. Nec nos nostrorū vulne-
rū multitudo in desperationē deprimat:
quia maior est potētia medici q̄ magnitudo
languoris nostri. Quid est em̄ qd̄ res-
parare ad salutē nō possit: qui potuit om-
nia ex nihilo creare? Antigenitus quippe
est omnipotenti patri coeternus: qui cū eo
viuit et regnat in vnitāte spiritus sancti: p̄
oīa secula seculoz amen.****

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Explicit omelia. IX.

Incipit Omelia. X. in qua interpretatur tertium capitulum: a principio usque ad illam partem. Et veni ad transmigrationem.]

Item. Quidam scripta alia scriptura sacri eloquii legentes: cum sublimiores eius sententias penetrant: minora mandata que in firmiteribus data sunt: tumetis sensu despicere: et ea velle in alium intellectum permutare. Qui si recte in eo alta intelligerent: mandata quoque minima despectui non haberent. Quia diuina precepta sic in quibusdam locuntur magnis: ut tamen in quibusdam congruant parvulis qui per incrementa intelligentie quasi quibusdam passibus mentis crescunt: atque ad maiora intelligentia perueniunt. Unde nunc sancto propheta dicitur.

Fili hominis quodcumque in ueneris comede.]

Quicquid est in sacra scriptura inuenitur credendum est: quia et eius parua simpliciter componunt vitam: et eius magna subtiliter edificat intelligentiam. Sequitur.

A comede volumine istud et vadens loquere ad filios israel. Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo.]

Scriptura sacra cibus et potus est. Unde etiam per prophetam alium dominus ministrat. Mittam famem in terram non famem panis neque sitim aque: sed audietis verbum domini. Amos. 8. Qui ergo subtracto suo eloquio fame ac siti nos dicit atteri: quia eius verba et cibus noster et potus sint demonstrat. Sed notandum quod aliquando cibus: aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus que intelligi nequeunt: nisi exponantur: scriptura sacra cibus est: quia quicquid exponit ut intelligat: quasi mandatum dicit et glutinat. In rebus vero apertioribus

potus est. Potum enim non mandando gustamus. Apertiora ergo mandata bibimus quia etiam non exposita intelligere valemus. Pro eo autem quod multa ezechiel propheta obscura atque perplexa auditurus erat: nequaquam de sacro volumine dicitur bibere sed comedere: ac si diceret: pertracta et intellige: id est prius mande et tunc degluti. Sed in verbis sacri eloquii iste debet studij nostri ordo seruari: ut hec ideo cognoscamus quatenus de iniquitate nostra condempnati: cognoscetes mala que fecimus: vitemus: ne alia faciamus. Et cum iam ex magno usu lachrymarum de peccatorum remissione desperare esse fiducia: per verba deus que intelligimus: ad vitam quoque et alios trahamus. Ad hoc enim intelligenda sunt: ut et nobis presententur: et intentione spiritali alijs conferantur. Unde bene nunc dicit: Comede volumine istud et vade loquere ad filios israel. Ac si ei de sacro cibo diceret: Comede et pasce: saturare et eructa: accipe et sparge: confortare et labora. Et notandum quod propheta subiugit dicit: Et aperui os meum: et cibauit me volumine illo. Os in corde esse alius propheta testatur dicens: Labia dolosa in corde: et corde locuti sunt mala. Ps. 11. Os ergo aperimus: quando sensum ad intelligentiam sacri verbi preparamus. Ita quod ad vocem domini propheta os aperit: quia ad spiramentum domini precepti cordis nostri desideria inhiant: ut de cibo vite aliquid sumant. Sed tamen hoc ipsum sumere nostrarum virtutum non est: nisi ipse cibauerit qui per se edere non potest: et quia ad capiendam verba celestia ydonea nostra infirmitas non est: ipse nos cibatur qui nobis in tempore mandatum sursum tritici temperat: quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus: quod heretico die nesciebamus: cras quoque comprehendimus: quod hodie nescimus: per diuine dispensationis gratiam: quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens enim deus quasi rotans ad os cordis nostri manum porrigit: quotiens nobis intellectum aperit: et cibum sacri eloquii in nostris sensibus mittit. Et

bat ergo nos volumine: cū sensum nobis scripture sue dispēfando aperit: et ei⁹ dulcedine nostras cogitationes replet. An: de et subditur.

Et dixit ad me. Fili hominis venter tuus comedet: et viscera tua replebunt volumine isto quō ego do tibi.]

In translatiōe veteri nō habet: venter tuus comedet: et viscera tua replebunt. Sed: os tuū comedet: et viscera tua complent. Os enī nostrū comedit dū verbum dei legimus: viscera vero nostra cōplent cum intelligim⁹ atq; seruamus ea in quibus legēdo laboramus. In posteriori autē translatiōe quā et veraciorē credimus. Scriptū est. Venter tuus comedet: et viscera tua replebunt. In sacro vero eloquio nōnūq; venter p mente ponit cōiueit. Unde et per hieremiā dicit: Ventrē meū doce: ventrē meū doceo. Hier. 4. Qd quia de spiritali et nō corporeo vtre dicitur adiuuit. Sensus cordis mei cōturbati sunt. Reg enī ad salutē populi pertinet: si ppheta ventrē corporeū se dolere predicaret: sed ventrē doluit: qui mentis afflictionē sensit. Sed cur exemplū pphete pferimus: cū testimoniu dñi apertius habeamus? Et necesse est vt cū per semet ipsam veritas loquit: propheta taceat: qz lucerna claritatē nō habet in sole. Hic enī qui credit in me sicut dicit scriptura. Flumina de vtre eius fluūt aque viue. Job. 6. Quia enī de mente fidelū sancte p dicationes defluūt: quasi de ventre credentiu aque viue flumina decurrūt. Ventrīs autē viscera quid sunt aliud: nisi mētis interna: id est recta intentio: sanctū desideriu humilis ad deū: pia ad proximū voluntas. Unde recte nūc dicit.

Venter tuus comedet: et viscera tua replebunt.]

Quia cū mens nostra pabulū veritatis acceperit: in terra nostra nō iam vacua remanēt: sed alimēto vite satiatā. Penſe-

mus fratres charissimi q̄ sit pia ista pmissio qua dicit: Venter tuus comedet: et viscera tua replebunt volumine isto quō ego do tibi. Multi etem legunt: et ab ipa lectione ieiuni sunt. Multi vocē predicationis audiunt: sed post vocem vacui recedunt. Quoy et si venter comedit: viscera nō replent: quia et si mente intellectū sacri verbi percipiūt: obliuiscēdo et non seruādo q̄ audierint hec in cordis visceribus nō reponūt. Hinc est enī quod per pphētā alium quosdā dñs increpat dicens: pponite corda vestra sup vias vestras. Semiastris multū et intulistis parū: com edistis et non estis satiatī: bibistis et nō estis inebriati. Aggei. 1. Multū cordi suo semiat: sed parū infert qui de mādatis celestibus vel legendo vel etiā audiēdo multa cognoscit: sed negligēter operādo pauca fructificat. Comedit et nō satiat qui verba dei audiens: lucra vel gloriā seculi cōcupiscit. Bene autē nō satiari dicit: quia aliud mādāt: et aliud esurit. Bibit et non inebriat: qui ad vocē predicationis aurē inclinat: sed mentē non mutat. Solet enī per ebrietatus bibentiu sensus mutari. Qui ergo ad cognoscendū dei verbū deuotus est: sed ea que sūt huius seculi adipisci desiderat: bibit et inebriatus nō est. Si enī inebriatus esset: mentē pculdubio mutasset: vt iam terrena nō quereret: iam vana et transitoria que amauerat nō amaret. De electis nāq; per psalmistā dicit: Inebriabūtur ab vbertate domus tue. ps. 35. Quia tanto omnipotentis dei amore repleti sūt: vt mutata mēte sibi metips extranei esse videant implētes quod scriptū est. Qui vult post me venire: abneget semetipsm. Marth. 16. Semetipsm abnegat: qui mutat ad meliora: et incipit esse quō non erat. Sepe autē quibusdā vidimus ad vocem predicationis: quasi ex conversione compunctos: habitū non animū mutasse: ita vt religiosam vestem sumerent: sed antea vicia non calcarent: ire stimulis immaniter agitari: malicie dolore in proximi lesione feruescere: de ostensis quibus-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

dam bonis ante humanis oculis superbi-
re: presentis mundi lucra inhiatè querere
et de solo exterius habitu què sumpserunt
sanctitatisque fiduciam habere: quibus quid
aliud dicendum: nisi hoc quod magister alius
doctor egregius quibusdam legis exteriora
seruatis loquitur dicens: Quia in christo
tesu neque circumcisio aliquid valet: neque
pucium: ad noua creatura. Gal. 5. Homo enim
magnus est meriti si quod foris erga nos agatur
in corpore: sed magnopere pensandum
est quid agatur in mente. Nam presentem mundum
despicere: transitoria non amare: mentem
medullitus in humilitate deo et proximo
sternere: contra illatas contumelias patientiam
seruare: aliena minime ambire: amicum in
deo diuigere: propter deum et eos qui inimici
sunt amare: de afflictione proximi lugere:
de morte eius qui inimicus est non exulta-
re: hec est noua creatura: quam idem magister
gentium apud alios discipulos vigilanti
oculo requirit dicens. Si qua igitur in christo
noua creatura vetera transferuntur: ecce facta
sunt noua. Ad veterem quippe hominem
pertinet presentem mundum querere: transito-
ria ex concupiscentia amare: mentem in super-
bia erigere: patientiam non habere: ex dolore
malicie de proximi lesione cogitare: sua in-
digentibus non dare: atque ad multiplicandum
aliena querere: nullum pure propter deum
diligere: inimicitias inimicis reddere: de
afflictione proximi gaudere. Cetera hec vetu-
sti sunt hominis que videlicet de radice tra-
himus corruptionis. Sed qui iam ista exu-
perat: et ad precepta diuina mentem in beni-
gnitate commutat: de hoc recte dicitur: Quia
vetera transferuntur: ecce facta sunt noua.
Tunc ergo in nostris mentibus noua fiunt
cum a nobis vetusti hominis vicia transeunt:
quando sacri verbi preceptum venter come-
dit: et viscera medullitus replent. Sepe
enim quosdam vidimus tota se mente ad san-
cte lectionis studium commulisse: atque inter ver-
ba diuina recognoscere in quibus deliquit
querunt: semetipsos in lacrymis mactare

merore continuo affici: in nullis huius mundi
diuinitatibus delectari: ita ut eis vita
presens oneri et lux ipsa fastidio fieret: vix
ad colloquendum communia admittere: atque
a rigore discipline animum difficile relaxare
pro amore conditoris luctu solimodo et si-
lentio gaudere. Huius venter sacrum volu-
men comedit: et viscera repleta sunt: quia
precepta vite que sensus cape potuit: me-
moriam non amisit. Sed hec collectus in deo
animus lugendo semper et recolendo serua-
uit. Et fit plerumque ut tales quique ex dono
celestis gratie: etiam verbum doctrine percipi-
ant: atque de veritatis pabulo quod ipsi intrin-
secus dulciter ruminant: et proximos suauiter
pascant. De quorum profectio ore predica-
tio tanto audientibus dulcis est: quanto eo-
rum actio contraria suis predicatibus non
est. Quia de propria vita sumunt: quod per
linguam proximis conferunt. Unde hic recte
quoque propheta subiungit.

B Et comedi illud et factum est
in ore meo sicut mel dulce.]

Liber qui viscera repleat dulcis in ore
sicut mel factus est: quia ipsi de omnipotente
domino sciunt suauiter loqui: qui hanc didice-
runt in cordis sui visceribus veraciter ama-
re. In eis quoque ore scriptura sacra dulcis
est: cuius vite viscera mandatis illius
replent. Quia ei suauis est ad loquendum
cum interius impressa ad viuendum fuerit.
Nam sermo dulcedinem non habet: quem vi-
ta reproba intra conscientiam remordet. An-
de necesse est ut qui verbum dei loquitur: pri-
us studeat qualiter viuat: et post ex vita
colligat: que et qualiter dicat. Ad predi-
candum namque plus conscientia sancti amoris
edificat: quam exercitatio sermonis. Quia
amando celestia intra semetipsum predicator
legit quomodo persuadeat: ut despici debeat
ant terrena. Qui enim vitam suam interius
pensat: et exemplo suo foris ammonendo alios
edificat: quasi in corde lingue calami
tingit: in eo quod manu verbi alius verbum pro-
ximis exterius scribit. Inde admirabilis
predicator cum multa discipulis exhortando di-

xit: quia nullā intra semetipm̄ de cōsēntia contrarietate pertulit: securus adiūxit. Si qua virtus: si qua laus discipline: hec cogitate: que ⁊ didicistis: ⁊ accepistis: et audistis: ⁊ vidistis in me hec agite: ⁊ de⁹ pacis erit vobiscū. *Phil. 4. Sequit̄.*

Et dixit ad me. Fili hominis: vade ad domū israel ⁊ loqueris verba mea ad eos.]

In eo q̄ dñs pphete dicit: loqueris verba mea ad eos. Quid aliud q̄ ei⁹ ori frenū moderamis imponit: ne que prius intus nō audierit: foris dicere p̄sumat. Nā pphete falsi sua ⁊ nō dñi verba loquebatur. De quibus scriptū est. Nolite audire verba pphetarū qui pphetāt vobis ⁊ decepti sūt vos: visionē cordis sui loquuntur nō de ore dñi. *Mat. 22. Et rursum. Nō loquebar ad eos ⁊ ipsi pphetabant. Ibidē.* Quia ex re quoq; colligendū est: quia et quisquis expositor explanatiōe sacri eloq; quij vt forasse auditoribus placeat aliqd̄ mentiēdo componit: sua ⁊ nō dñi verba loquit: si tamen placēdi vel seducēdi studio mentiat. Nam si in verbis dñicis virtutē requirens: ipse aliter q̄ is per quem plata sunt senserit: etiā si sub intellectu alio edificatiōe charitatis requirat: dñi sunt verba que narrat: quia ad hoc solum deus per totā nobis sacrā scripturā loquitur: vt nos ad suū ⁊ proximī amorem trahat. *Sequitur.*

Non enim ad populū pfundi sermonis ⁊ ignote lingue: tu mitteris ad domū israhel: neq; ad populos multos pfundi sermonis ⁊ ignote lingue: quorum nō possis audire sermones: ⁊ si ad illos mittereris: ipsi audirēt te. Domus autē israel: nolūt audire te: quia nolūt audire me.]

In ipso iussionis exordio quo ppheta ad predicandū mittit: aperte ⁊ vocatio gen-

tū ⁊ israelitarū repulsio designat. Nam cū dicit: Non ad populos multos pfundi sermonis ⁊ ignote lingue mitteris: quorum nō possis audire sermones: atq; statim subdit. Et si ad illos mittereris ipsi audirēt te: aperte declarat obedientia gentium: que quādoq; predicatorū voces essent sine tarditate secuturę. Et cū subdit. Domus autē israel: nolūt audire te: quia nolūt audire me: inde duriciā designat que verba predicantiū ⁊ cognouit: ⁊ sequi noluit. Ignota autē lingua gentiū ad obediendū morā nō fecit: quis extranea ab eloq; legi fuit. Bene autē dicit: Nolūt audire te: quia nolūt audire me: scđ hoc qđ scriptū est. Qui vos spernit: me spernit. *Luce. 10. Causa quoq; cur nō audiant subinfert̄ cum dicit:*

Omnis quippe domus israel attrita fronte est ⁊ duro corde.]

Cum domus israel attrita fronte esse prohibet: quid aliud sentiendū: quid due cogitandū est: nisi quod fronte cordis in impudentiā atterit culpa frequēs: vt qđ crebrius cōmittit: eo de illo cōmittentis anim⁹ minus verecūdet: atq; ideo ad tantā cordis duriciā quādoq; peccatorū peruenit: vt iam in correptiōe sensibilis nō sit: quia qui vsu peccādi induruit: nullomō corripientis: id est manū palpātis sentit: sicut inde quoq; crebrius delinquēti dicitur: Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluit erubescere. *Jerem. 3. Vel certe attrita frons est in hui⁹ mūdi actibus assueta: quia sicut sunt nōnulli qui quietē cūctis mūdi p̄mijs atq; honoribus p̄ponūt: ita nōnulli vt in hoc mūdo aliquid esse videant: terrenis laboribus insudāt: in sicut causis: permittent iurgijs: ⁊ quāuis se corpore deficere inter labores sentiāt: amore tamē terrenarū rerū delecti deestabili ter fatigant. Quibus per pphetā dicit: Effraim vitala docta diligere tritura. *Isae. 10. Vitala etē in tritura aree assueta: etiā si relaxat a labore sponte redit. Sic quibudā prauis mētibus nihil**

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

est laboriosus q̄ si eis precipit: vt in huius mundi actibus nō laborent. Nam sepe quidā repulsi ab actiōe: terrena deprecantur vt redeāt: rogant vt p̄manēt: graue se incurrisse periculū quereē putāt. Alii ta ergo fronte sunt: qui nō solum labores nō fugiūt: sed neq̄ ip̄ortū videri in laboribus q̄ sibi negant erubescūt. Sequit̄.

Ecce dedi faciē tuam valentiorē faciebus eorū: et frontē tuā duriorē frontibus eorū.]

Sicut verecūdia laudabilis est in malo ita reprehēnsibilis est in bono. Erubescere eū malū sapientie est. Bonū vero erubescere fatuitatis. Unde scriptū est. Est cōfusio adducēs peccatū: et est cōfusio adducens gloriā. Eccl. 4. Qui enim erubescit penitēdo mala que fecit: ad vitē libertatē peruenit: qui vero erubescit bona facere: a statu rectitudinis cadit: atq̄ ad dampnationē tendit. Sicut per redēptorem dicit: Qui me erubuerit et meos sermones: hūc filius hominis erubescit cū uenerit in maiestate sua. Luce. 9. Et sunt q̄ bona iam in mēte cōcipiūt: sed necdū malis aperte cōtradiūt. Hi nimirū quia boni sunt in mēte: sed auctoritatē nō habēt in locutiōe: apti ad veritatis defensionē non sunt. Ille eū esse veritatis defensor debet: qui q̄ recte sentit: loqui nec metuīt: nec erubescit. Unde nūc in magno munere p̄phete promittit. **Ecce dedi faciē tuā valentiorē faciebus eorū: et frontē tuā duriorē frōtibus eorū. Quid est autē peccator: nisi vulneratus? Et q̄d p̄dicator: nisi medicus? Si ergo nō erubescit peccator qui iacet in vulnere: cur erubescat medicus: qui per medicamēta p̄udet salutem. Sepe vero cōtingit vt p̄dicator reuerēter audiat: nonnūquā vero a peruersis ita despiciat: ac si eis nihil utilitatis loquar. Unde recte nūc subdit.**

Ut adamantem et vt silicē dedi faciē tuam.]

Adamas et silex vtraq̄ dura: sed vnū bo-

rum p̄ciosum est: alterū vile. Adamas ad ornamentū sumitur: silex ab itineratibus calcatur. Et sepe cōtingit: vt hos quos correptionē suam cōspicimus nimis humiliter audire: verecūdemur eis aliqua dicere. Nonnūquā vero euenit: vt eos quos increpationē suā videmus postponere: et despectui habere: trepidemus eis verbū predicatiōis inferre. Sed si recte sapim⁹ et ad eos a quibus honorari cōspicimur: et ad eos a quib⁹ nos despici videm⁹: auctoritatē exhortatiōis vel increpatiōis sumimus: vt nec illoꝝ humilitatē debeam⁹ erubescere: nec hoꝝ superbiā formidare. Dicit ḡ. **Dedi faciē tuam vt adamantē: id est si ab auditoribus honoraris. Dedi faciē tuam vt silicē: si ab auditorib⁹ consularis atq̄ despiceris: vt nec per illatū honorē refrēnet lingua ex verecūdia: nec per despectū taceat ex infirmitate. sequit̄.**

Ne timeas eos: neq̄ metuas a faciē eorum: quia domus exasperans est.]

Hoc tam superius dictū est. Sed notandum quā aspera domus habet: cui⁹ asperitas tam crebro replicat. Increpandus itaq̄ peccator est: et nūquā timēdus: quia domus exasperans est. Timere eū homo debuerat: si ip̄e auctoꝝ em omnū vt homo timuisset. Nam qui ratiois sensus ad timorē dei nō habuit: tanto in nullo timēdus est: quāto hoc quod esse debuit: non est. Sequitur.

Et dixit ad me. Fili hominis omnes sermones meos quos loquor ad te assūme in corde tuo: et auribus tuis audi: et vade ingredi ad transmigratiōē filioꝝ populi tui.]

Vigilanter intuentū est q̄d voce domini ad p̄phetā dicit: vt prius sermones audiat: et postmodū loquat̄. Audim⁹ eū verba dei si facimus. Et tūc ea proxima recte loquimur: cū prius ip̄i fecerimus.

Quod bene marcus euāgelista cōfirmat cū factum dñi miraculū narrat dicēs: Ad ducūt ei surdū & mutū & deprecabant euz vt imponat illi manū. Mar. 7. Lūius oz dinē curatōis ūnuat subdēs. Misit digi ros suos in auriculas: expuēs q̄ tetigit lin guā eius: & suspiciēs in celū ingemuit: et ait illi: Effeta q̄d est ad aperire: & statim aperte sunt aures eius: & solutū est vincu lū lingue eius: & loquebat recte. Ibidē. Quid est enī quod creator omniū deus: cum surdū & mutū sanare voluisset: in au res illius suos digitos misit: & expuēs lin guā eius tetigit? Quid per digitos redē ptoris: nisi dona sanctī spiritus designā tur? Unde cū in loco alio eiecisset demoni ā dixit: Si in digito dei eicio demonia p̄fecto peruenit in vos regnū dei. Luce 11. Qua de re per euāgelistā aliū dixisse describit. Si ego in spiritu dei eicio de mones: igitur peruenit in vos regnū dei. Ex quo viros loco colligit: quia digitus spiritus vocat. Digitos ergo in auricu las mittere: est per dona spiritus sancti mentē surdi ad obediendū aperire. Quid est vero quod expuēs linguā eius tetigit? Salua nobis est ex ore redēptoris: acce pta sapientia in eloquio diuino. Salua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia que ipse est: dum lingua nostra tā git: mox ad predicatōis verba format. Qui suspiciens in celum ingemuit: non quod ipse necessariū gemitū haberet: qui dabat q̄d postulabat: sed nos ad deū ge mere qui in celo p̄sident docuit: vt & aures nostre per dona spiritus aperiri: & lingua per saluā oris: id est per scientiam diuine locutiōis solui debeat ad verba p̄dicatio nis. Qui mox effeta id est ad aperire dici tur: & statim aperte sunt aures eius: & sol utū est vinculū lingue eius. Marci. 7. Qua in re notandū est: quia p̄pter clau sas aures dictū est: ad aperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperte fue rint ex subsequēdi proculdubio etiā lin gue eius vinculū soluit: vt bona que ipse fecerit: etiā faciēda alijs loquat. Ubi bes

ne addit. Et loquebat recte. Ille est res cte loquit: qui prius obediendo fecerit: q̄ loquēdo animonet esse faciēda. Quod vero ad trāsmigrationē populi ammonē dam p̄pheta mittit: non solū ea transmi gratio debet intelligi que ei? populi erat in corpore: sed etiā que facta fuerat in mē te Ab hierusalē quippe ad babiloniā ve nerat. Et quid hierusalē: nisi visio pacis? Quid babilonia: nisi cōfusio vocatur? Quisquis vero a rectis opibus in puer sis actib? cadit: quādo a bono studio ad vicia defluit: quasi ab hierusalē ad babiloniā ciuitatē venit. Culmen enī bone cō templatiōis deseruit: atq; in transmigra tione cōfusionis iacet. Quod illis sepe so let euenire: qui cum bona agūt in his de sua virtute glorianē. Unde psalmista ne a visione pacis: id est a bonis actibus cap tiu? ad babiloniā emigraret: dño sup plicās dicit: Adiutor meus non emigra bo. ps. 61. Si enī in se cōsideret: a iustis cie operibus cadēdo migrasset. Sed ne q; hi qui a statu rectitudis in prauā actiō nē ceciderūt: desperādi sunt. Quia ecce propheta ad transmigrationē babilonte mittit. Et per p̄phetā aliū domin? dicit: Et ventes vsq; babilonē ibi liberaberis Michee. 4. Sepe enī quis postq̄ in p̄su sionē viciōy ceciderit: erubescēs mala q̄ perpetravit ad penitentiā redit: seq; a suis lapsib? bene viuēdo erigit. Quid q̄ iste? nisi vsq; ad babilonē venit: & ibi libera tus est? Qui postq̄ p̄fusus mente puer sa perpetravit: hec ipa erubescens mala que fecit: se cōtra se erigit: & bene opando ad statū rectitudis redit. In babilone itaq; liberatus est: q̄ per diuinā gratiā ostendit etiā de cōfusione saluatus. P̄pheta ergo ad trāsmigrationē loquit: cū illos incre pat qui a statu rectitudis ad erroris vicia transmigrādo ceciderūt. Sequit.

Et loqueris ad eos: & dices: Hec dicit dominus deus si forte audiant & quiescant.

Quod totiens diuis vocat? difficultas

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

audiendi repetit vt dicat: si forte audiat: quid allud q̄ trāsmigrati populi duricia designat? In quib⁹ verbis magna est nostra cōsolatio: quia si omnipotens deus pphetam mirtēs a peruerso populo verba sua denūciat difficile audiri: cur nos miseri cōtristamur cū sepe a fratrib⁹ in nostra ammonitiōe cōtempnimur? Itaq̄ crebro delinquētes alloquimur: frequēter increpamus: sepe cū eis blandis sermonibus agimus: at alii tamen alter audit: alter audire cōtempnit: alter ex parte verba exhortatiōis suscipit: et ex parte recipere recusat: ita vt quotidiē impleri videamus hoc qd̄ per prophetā aliū dñs narrat que fecerit iratus cū dicit: Plui sup ciuitatē vnā: et super alterā non pluit. Pars vna cōpluta est: et pars que cōpluta nō est exaruit. Amos. 3. Luz em̄ sancte exhortationis verba alla mēs suscipit: alia suscipere recusat: sup vnā ciuitatē dñs pluit: et sup alterā nō pluit. Cum vero et ipse q̄ prius audit ab alijs se vicij corrigat: atq; ab alijs emēdare cōtempnit: vna eadēq; ciuitas et ex pte cōpluit et ex parte arida remāet in qua a se predicatoris pluiā repellit. Sūt etem̄ quidā qui exhortatiōis verba omnino nō audiūt: hi penitus suscipere pluiā nolunt. Et sunt quidā qui audiūt: sed tamen hāc medullitus nō sequūtur: qz alia in se vicia refecāt: sed in alijs grauiter perdurant. Sepe em̄ quosdā videmus q̄ per predicatoris verbū a semetipsis auaricie estū repellūt: et non solū iam aliena nō rapiūt: sed ppria indigentib⁹ largiunt: nec tamē ire stimulos edomāt: et patientie moderamina per mētis tranquillitatē seruāt. Et sepe alij ad exhortatiōis verbū in semetipsis tanto carnis immundiciā vincūt: corpus in castitate custodiūt: nec tamen adhuc animū sicut debent proximis inclināt: sed per rigore superbie in cogitatiōe se eleuant. In istis pars vna cōpluta est: quia fructū fecit: et pars que cōpluta non est aruit: quia exhortatiōis verbū nō plene suscipiens: a bono opere sterillis remāsit. Sequitur.

Et assumpsit me spirit⁹ et audiui post me voces cōmotionis magne benedicta gloria domini de loco suo.

Quid est hoc qd̄ ppheta postq̄ ad trāsmigrationē filioꝝ populi mittit: vocē post se magne cōmōtiōis audit dicentē: *Benedicta gloria dñi de loco suo.* Cōuersus quippe ad peccatoꝝes babilonie fuerat: et vocē glorie dñi de loco suo post tergus audiebat. Locus est em̄ dei hierusalē: id est visio pacis. Quia nimirū illa corda vidēt ea que dei sunt: que ad trāsmigratiōnē babilonie: hoc est ad cōfussionis vicia nō defecdūt. Ibi em̄ inhabitat deus: vbi vera pax querit: interne contemplatiōis gloria amat. Nam qui ad peruersitatē defluit: locus dei esse cōtempnit. Locus ergo glorie dei est vel sancta queq; aia: vel vnusquisq; in celestib⁹ permanēs angelicus spiritus et gloria dñi de loco suo benedicat: cū vel ab electis hominibus: vel a sanctis angelis auctori om̄ laus eterna cantat. In eo ergo qd̄ iusti de pueritēdis peccatoꝝibus cogitāt: quia eoz vicia cōsiderādo ad carnales actus oculū ducūt: quasi ad babiloniā intendūt: qui tamen profectu sue rectitudis: quia in laude dei bona sanctorū cōsiderare nunq̄ desinūt: quasi uis per cogitationē aliud intendūt: quasi post se vocē glorie dñi ab hierusalē: id est de loco suo audiūt. Sed cur in istis imorramur: qui hec pphete verba largiēte domino per ascēsum alterū et subtilius intelligere: et aptius dicere valeam⁹. Sit em̄: **Et assumpsit me spūs.** Predicatoꝝes spiritus assumit cū eius mentē in amorē dei omnipotentis eleuatā a terrenis iā desiderijs alienā reddit: vt nihil ei agere libeat nisi ea que quibus lucra spiritalia cōgregat cōgreget: et ad regna celestia q̄tidiā: nisi sui opis fructū portet. Unde et nobis p̄ dicatoꝝibus iubeat. Operamini nō cibuz qui perit: sed q̄ permanet in vitā eternā. Jobis. 6. Bene autem subdit. **Et audiui post me vocē commotiōis magne.** Pro

pheta sancto spiritu repletus: quasi trans-
 a cta narrat: que faciēda prouidit: quia et
 in predestinatiōe iam facta sunt: que ad-
 huc in ope sequitur. Unde et in trāslatio-
 ne veteri per esaiā dicit: Qui fecit que fu-
 tura sunt. Quid est ergo qđ post se, pphe-
 ta vocē audiuit commotiōis magne: nisi
 qđ post sermonē pdicatiōis qui fit ad cor-
 da peccantiū: lamenta penitentiu sequit̃.
 Peruersi etē qđ qđ dū praua agunt: et a-
 lustis recta audiūt: nesciūt qđ sint graua
 que cōmittūt: atq; ex ip̃a sua ignorātia in
 suo stupore securi sunt: et iacentes in cul-
 pis: quasi molliter quiescūt. Sicut de qđ-
 dā peccatore et securo populo dicit: Reqe-
 uit in fecibus suis. Hier. 4. 8. quia secu-
 rus iacuit in peccatis. Cū vero audire p-
 uerū verbū pdicatiōis ceperint: que sint
 supplicia eterna cognoscere: qui terror iu-
 dicii qđ subtilis examinatio de singulis qđ
 busq; peccatis illico cōtemiscūt: implent̃
 gemitib;: et nō se capiētib; suspirijs an-
 xiant: atq; magno pauore p̃cussi: in luctu
 et fletibus erumpūt. Prop̃hetā ergo vox
 magne cōmotiōis sequit̃. Quia post ver-
 bū pdicatiōis cōuersorū atq; penitentiu
 luctus audiunt: qui em̃ prius quieti iace-
 bāt in vulnere: tacti postmodū manu me-
 dicinē: cū dolore redeūt ad salutem. De
 hac cōmotiōe penitentiu per pp̃hetā ali-
 um dicit: Pedes eius steterūt et mota est
 terra. Zach. 14. Quia cū veritatis vesti-
 gia in mēte audientiu figunt̃: ip̃a mens in
 sui cōsideratiōe turbata cōmouet̃. Hinc
 psalmista p̃ peccatoribus exorat dicens:
 Qui sedes sup̃ cherubin moueat̃ terra.
 ps. 79. Hinc p̃ afflictis et p̃ penitentibus
 deprecās ait: Cōmouisti terrā et cōturba-
 sti eam sana p̃tritiōis eius: quia mota est
 ps. 69. Terra quippe cōmota et turbata
 est: peccator de cognitiōe reatus sui anxi-
 us ad penitētiē lamēta perductus. Pec-
 canti etē homini dictū est: terra es et in
 terrā ibis. Gen. 3. Exoret ergo vt sanetur
 cōtritiō terre: quia mota est: quaten; pec-
 cator qui de culpis suis affligit̃: de cele-
 stis misericordie gaudio cōsolē. Hec est

itaq; vox cōmotiōis magne: quādo vnus
 quisq; sua acta dijudicās: in afflictiōe pe-
 nitentiē perturbat. Sed quid vox ip̃a dicit̃
 car: audiamus.

**Benedicta gloria domini de
 loco suo.]**

Locus est maligni spūs fuerant corda
 peccantiū: sed cū sibi em̃ ip̃is irati per pe-
 nitentiā redeūt ad vitā glorie: dñi locus
 fuit. Jam em̃ se contra se erigūt: iam pen-
 tētiē lachrymis insequūt̃ mala que cōmi-
 serūt. Unde ergo audis benedictio glorie
 in laude dei: vnde prius sonabat creato-
 ris iniuria de amore p̃sentis seculi Et cor-
 da penitentiu fuit iā dño locus suus: que
 prius in peccatis suis posita fuerāt locus
 alienus. Ip̃i autē quia peccatis suis a do-
 mino cōuertunt̃: non solū velent lachry-
 mis peruersa que fecerūt: sed etiā miris
 opibus ad alta pficiūt: vt sancta anīalla
 dei oipotētis fiant: vt signis et virtutib; ad
 alta euolēt: vt terrā fundit; deserant: et ac-
 cepto dono sese ad celestia p̃ desideriu sus-
 pendāt. De quibus adhuc subdit.

**Et vocem alarū animaliu per-
 cutientiu alterū ad alterū.]**

Audiuit post se, pp̃ha vocē cōmotiōis ma-
 gne: qđ sicut dictū est: verbū pdicantiū lu-
 ctus penitentiu sequit̃. Audit post se vos-
 cem alarū animaliu: quia ex ip̃o luctu pe-
 nitentiū oriunt̃ virtutes sanctorū: vt tātō
 magis in sancta actiōe pficiant: quāto se
 ad cognitionē vite nequiter egisse memi-
 rūt. Sed est in his verbis magna dubita-
 tio: quia nō aperte per pp̃hetā dicit̃: virū
 vnūquodq; anīal alas suas in semetip̃is
 percutiat: an certe hec eadē sancta anīa-
 lia alis suis se vicissim feriāt: vt ala hui;
 alterū: et ala alterius istud anīal tangat.
 Sed quia plerūq; in sacro eloq; ideo ali-
 quid obscure dicit̃: vt disp̃sante mirabil-
 ter deo: multipliciter exponat̃. Hos cha-
 ritati ṽe vtraq; exponere largiētē domi-
 no debemus. Sepe iam alas anīalū vir-
 tutes diximus esse sanctorū: quomō ergo
 vnūquodq; anīal alas suas excutiēs alte

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ram percutit: nisi quod aperte dat intelligi: quia si sancta animalia efficiuntur virtus in nobis virtutem excitat: dum una altera ad perfectionem pullat. Ecce etiam quis habet iam verbi dei scientiam: discat ut viscera etiam misericordie habeat. Per scientiam quippe verbi dei discit. Date elemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis. Luce. 11. Cuius iam esse misericordis in elemosynis ceperit: verba sancte auctoris ritatis legit: et quicquid in eis de misericordia dicit: uberius per experimentum intelligit. Ibi enim scriptum est. Pater eram pauperum. Job. 29. Quod fortasse antea legebat et perierat. Sed cum in eius corde iam misericordiam ceperit imitari natura: quod est patrem esse pauperum: legit et recognoscit: quia introitus rediens in semetipso intelligit quod foris audit. Aliud namque est elemosynam ex precepto facere: atque aliud ex charitate. Ex precepto enim facere bonum: inchoantum est: ex charitate autem bonum perfectum: qui non solum que iubent faciunt: sed etiam diligunt faciendo quod iubetur. Hinc est etiam quod in magna virtute per psalmistam dicitur. Vide quia mandata tua dilexi domine: in tua misericordia vivifica me. ps. 118. Mandata etenim dei proflusione facere servilem et obedientis est: diligendo hec facere obediens et amans. Quia ergo et per scientiam charitas misericordie discit: et per charitatem misericordie in corde cōpuncto scientia multiplicat. Alia in nobis aliam percutit: quia virtus virtutem excitat. Sic qui castitatis bonum in suo corpore custodit: contra luxuriantes zelo accendit: ut ab immundicie maculis expient. Et sepe dum quosdam in lapsibus inveniunt: redomat: affligit: atque ad castitatis mundiciam restringit: cuius si forte mens de immundicia luxurie fuerit temptata: ex ipso zelo quo alios correxit: semetipsum conuenit et erubescit immunda cogitare: que se malis recollit correxisse. In hoc ergo aliam aliam percutit: dum virtus virtutem pullat: et ab immundicia custodit. Si vero ut presertim sumus vicissim se alii suis animalia se-

rlit: et alter ad alteram aliam percutit singulorum: huius quoque descriptionis largiente domino sensus pater. Quid est ergo quod hec pennata animalia vicissim alas altera ad alteram ferunt: nisi quod omnes sancti se invicem suis virtutibus tangunt: et sese ad profectum excitant ex consideratione virtutis alienae? Non enim vni dant omnia: ne in superbia elatus cadat? Sed huic dat quod tibi non dat: et tibi dat quod illi denegat: ut dum iste considerat bonum quod habet: et ipse non habet: te sibi in cogitatione preferat. Et rursum dum tu habere illum conspicis quod ipse non habet: te illi in tua cogitatione proponas et fiat quod scriptum est. Superiores si huiusmodi arbitrantes. Philip. 2. Et enim pauca ex multis loquar: nisi mire abstinentie virtus tribuit: et tamen verbum scientie non habet. Illi autem datur verbum scientie: et tamen virtute perfecte abstinentie apprehendere conatur et non valet. Huic libertas vocis tribuit: ut oppressis quibusque precationis solatia impendens: ad defensionem iusticie libere loquatur: sed tamen adhuc multa in hoc mundo possidens relinquere omnia vult et non valet. Illi vero iam datum est omnia terrena relinquere ut nihil in hoc mundo cupiat habere: sed tamen adhuc auctoritate vocis contra peccates quosque non presumit exercere. Et qui ideo plus loqui libere debuit: quia iam non habet unde in hoc mundo teneat: loquitur contra alios libere recusat: ne ipsam vite sue quietem perdat. Ipsi virtus prophetie data est: multa iam que ventura sunt praevidet: sed tamen presentis proximi egritudine conspicit: atque compatiens non valet curare. Illi data est curatio gratia: atque a corpore proximi molestiam que in presenti est orationibus repellit: sed tamen quid seipsum paulo post sequatur ignorat. Mira itaque dispensatio omnipotentis deus sic in electis suis sua dona dispensat: ut et isti det quod illi denegat: et alteri malus quod alteri minus tribuat: quatenus dum vel iste habere illum conspicit quod ipse non habet: vel ille hic malus accepisse considerat quod sibi minus adesse pensaret.

na dei alter in altero: id est vicissim officis ammirant: atq; ex hac ipsa ammiratiōe humiliter alter alteri: et quē videt habere quod non habet: eū diuino iudicio sibi prelatū putat. Aliis ergo suis vicissim se aequalia ferūt: cum sancte mētes alternis se virtutibus tangūt: et tangendo excitāt: atq; excitata ad profectū volant. Videam⁹ paulū quomodo apostolorū alis tactus: atq; ad penitentia excitatus fuerat: qui mala pterite persecutiōis sue et apostolorū innocentē vitā considerās dicebat. Ego enī sū minimus apostolorū: qui nō sum dignus vocari apostol⁹: quia persecut⁹ sum ecclesiam dei. 1. Corinth. 15. Considerauit quispe apostolorū innocentia: et ppter precedentē malicia vilis in ei⁹ oculis facta est omnis quā exhibebat in ecclesia sollicitudo sua. Et quā multos ex accepto intellectu precederet nō attendit: quia illoꝝ innocentia pēans persecutorē aliquādo fuisse se voluit. Sed videam⁹ si quis ex apostolis eū qui paulo datus est intellectū mirat. Ipse nobis apostolorū primus requirēdus est: qui discipulos amonens ait: Sicut et charissim⁹ frater noster paulus scdm dicitā sibi sapientia scripsit vobis. 2. Petri. 3. Sicut et in oibus epistolis loquēs in eis de his in quib⁹ sunt quedā difficilia intellectu que indocti et instabiles deprauāt. Mirat itaq; in apostolis omnibus paul⁹ innocentia: miratur apostolorū primus in paulo sapientia. Aliis ergo se tangūt qui inde se vicissim ad profectū excitāt vnde volant. Hoc itaq; omnipotens deus agit in cordib⁹ hominū: quod facit in regionib⁹ terrarū. Poterat nāq; vnicuilibet regionis fructus omnes tribuere: sed si vnaquellibet regio alteri⁹ regionis fructibus nō indigeret: comunione eū altera nō habuisset. Unde fit vt hūc vini: alij vero olei abundantia tribuat: hāc multitudine pecudū: illam vero vbertate abundare faciat frugum: vt cū illa desert quod ista nō habet: et ista reddit quod illa nō detulit: per comunione gratie sibi simul etiam diuise terre consue sint. Sicut ergo terrarum:

ita sunt mentes sanctorū. Que dñ vicissim sibi cōferūt quod acceperūt: quasi fructus suos regiones regionib⁹ impendūt: vt in vna omnes charitate iungant. Sed inter hec sciendū est: quia sicut eleo qui hoc semper in alijs attendūt: quod a deo melius acceperūt quā ipsi vt eos sibi in cogitatiōe preferāt: seq; illis in humilitate subternāt: ita reproborū mens nunq; considerat quid alter boni amplius quā alter als ipse habeat. Neq; enī pensant que bona spiritus alter acceperit et ipis desint: sed que bona ipsi et que mala adsint alteri. Et cū omnipotens deus ad hoc virtutes singulis diuidat: vt alterū alteri in cogitatione als cogitatiōe humillet: ad hoc res probi pertrahūt bonū quod acceperūt: vt ex eo in elatioe perdant: dum semper cōsiderāt bona que ipsi habent: et alij non habent: et nunq; perpendere studēt quanta bona alij habent: et ipsi non habent. Quod ergo diuina pietas in augmentū disponit humilitatis: hoc mētes reprobe in augmentum vertūt elatiōis: et ex diuersitate munerum a bono desiciūt vnde crescere in humilitatis bono debuerūt. Propter hoc ergo necesse est fratres charissimi: vt in vobis hoc semp debeatis aspicere quod minus habetis: in p̄ximis verō hoc quod vobis amplius acceperūt: quatenus dñ sup vosmetipsos eos p̄ bono quod ipsi habent et vos nō habetis aspiciatis: ad hoc quoq; obtinendū etiā vos ex humilitate crescatis. Si enī et vos in illis accepta bona p̄peditis: et illi in vobis p̄siderāt bona que habetis: vicissim vos alis tangitis: vt excitati semper ad celestia voletis. Sequitur

Et vocem rotarū sequentiū aialia et vocē cōmotiōis magne.

In rotis sacri eloquij testamēta signari superius diximus. Vox igit rotarū: est sermo testamentorū. Post vocem itaq; aliarum animalū audiat etiam vox rotarum: quia p̄dicantiū sermone suscepto: dum virtutes sanctorū ad altiora agenda euolant: seq; vicissim ad profectum pulsan: sancte ecclesie status erigitur: vt per vni-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

uersum mundū sacrorū testamentorū pagi
 ne legant. Ubiq̄ etē iam sanctū euāgē
 liū: ubiq̄ apostolorū dicta: ubiq̄ lex ⁊ p̄
 phete resonāt. Post alarū ergo vocē vox
 rotarū sequit̄ quia post sanctorū miracula
 uerba sacri eloquiū intra sanctā ecclesiā li
 berez licēter audunt. Que rote aīalia se
 quūtur: quia sicut superius dictū est: post
 q̄ in honorē uenit uita sanctorū: ueneran
 da quoq̄ apparuerūt hoībus eloquia tes
 tamentorū. Vel certe rote aīalia sequū
 tur: quia in sanctorū patrū uita cognosci
 mus: quid in sacre scripture uolumine in
 telligere debeam⁹. Illorū quippe nobis
 actio aperit hoc q̄d in suis p̄dicatiōibus
 pagina testamentorū dicit Sed querendū
 nobis est cur postq̄ superi⁹ dictū est. Au
 diui post me vocē cōmotiōis magne post
 vocē quoq̄ alarū atq̄ rotarū subdit. Et
 vocē cōmotiōis magne. Quod si uilli
 genter aspiciat: inuenti potest: qz nō ocio
 se repetit. Due quippe sunt cōmotiōes
 magne: quib⁹ corda nostra commouent.
 Una quippe cōmotiō ex timore est: alte
 ra ex caritate. Una fit ex luctu penitentū
 Alia ex seruoze amantiō. Post p̄dica
 tiōis ergo uerbū prima cōmotio est: cum
 plangimus mala que fecimus. Post uo
 cem uero alarū ⁊ rotarū secunda cōmotio
 est: dū magnis fletibus querim⁹ celestia
 bona que audimus. Ecce em̄ quia intra
 sanctā ecclesiā de multis patrib⁹ uirtutū
 exempla cognoscim⁹: quasi alarū sonitū
 quotidie audimus: quia ubiq̄ sacra elo
 quia personāt: quasi rotarū uocibus exci
 tamur. Et quia per eadē sacra eloquia ad
 amorē nostri conditoris accēdimur: ma
 gnis seruoze ignib⁹ ardentes esse nos lō
 ge adhuc ab omnipotentis dei facie plang
 gimus. Post primā ergo vocē cōmotio
 nis magne: ⁊ ad extremū quoq̄ uox cōmo
 tiōis magne fit: quia qui cognoscēdo de
 um cepimus peccata plāgere: iam diligē
 do quē cognoscimus nō cessamus eū cuz
 fletibus desiderare. Post rotarū itaq̄ uo
 cē uox magne cōmotiōis sequit̄: quia cuz
 uelantē dei in aurē aīe aure cordis so

nare ceperint: audientū spiritus ex amo
 re compūctus ad lamenta cōmouet. Hic
 est em̄ quod scripture sacre uerba sūt in
 corde legentū sapida. Hinc est quod ab
 amāribus plerūq̄ in silētio quasi furtiue
 ⁊ tacite legunt. Unde per p̄phetā quoq̄
 alii dicit: p̄scidisti in alienatiōe capi
 ta potentium: mouebunt in ea gentes ad
 aperit̄ ora sua sicut paup̄ edens in occul
 to. Dipotens em̄ deus in alienatiōe capi
 ta poterit̄ p̄scidit̄: qz iudeorū supbia a se
 metip̄o alienādo: repulit̄: in qua alienatio
 ne gentes mote sunt: quia dū iudei a fide
 caderēt: ad agnitōnē fidei corda gentiliū
 current̄: que uidelicet gētes in sacre le
 ctionis pabulo os cordis aperit̄: ⁊ in oc
 culto sicut pauper comedūt: quia cū festi
 natiōe ⁊ silentio uerba uite legētes sum
 mūt. Sed sciendū est quia quāto audito
 res in charitate atq̄ intellectu p̄ficiūt: tā
 to sanctis p̄dicatoribus maior gratia spi
 ritus dat. Unde cū prius p̄pheta dixisset
 Assumpsit me sp̄s: ⁊ audiui post me uo
 cē cōmotiōis magne. Post uox cōmotio
 nis magne alarū atq̄ rotarū: atq̄ iterū cō
 motiōis magne. Illico subiungit.

**Spiritus quoq̄ eleuauit me
 ⁊ assumpsit me.**

Cur qui se assumptū iam a spiritu dixit
 rat: iterū eleuatū ⁊ assumptū narrat. Sz
 ad altiora mēs p̄dicantiū p̄ficit: cū per
 eos sensus audientū ad omnipotentis dei
 desiderū cōmouent. Qui uidelicet p̄di
 catores sancti iecirco p̄ficiūt: ut per eorū
 ministeriū dona gratie in sancta ecclesia
 multiplicent̄: sicut de hac sancta ecclesia
 scriptū est. Riuis eius inebriās multipli
 ca generatiōes eius: in stillicidijs suis
 letabit̄ cum exozie. ps. 22. Riui quippe
 ecclesie sancti: p̄dicatores sunt: qui terrā
 nostri cordis infundūt. Sed cū inebriant̄
 riui: generatiōis ecclesie multiplicātur:
 quia cū uertiorē gratiā spiritus p̄dicato
 res accipiūt: fidelū numerus auget̄: que
 sancta ecclesia in suis stillicidijs letat̄ In
 stillicidio etē aqua de tecto in terrā cas

Alit que de celo ceciderat in tectū. Tectū
vero ecclesie sancti predicatorum sunt: qui
nos intercedēdo et amonitiōibus muniē-
do ptegerūt. Sed quia illoꝝ eoz diuinitus
in predicatiōe infundit: quasi aqua de ce-
lo venit in tectū: quia vero nos eoz ver-
bis irrigamur: quasi aqua de tecto defluit
in terrā. Sancta itaq; ecclesia dū exorūt:
in stillicidijs suis letat: q; cū in fide et bo-
nis operibus nascit: ea que accepit dona
cōsiderat: et in verbis predicatorū exultat.
Quia ergo auditoribus ad meliora sur-
gentib; eoz quoq; p̄dicatoribus gratia
multiplicat: p̄pheta dicat.

**Spiritus quoq; eleuauit me
et assumpsit me.]**

Inde em̄ predicator magis ac magis ele-
uat et assumit: vnde auditor ad meliorem
vitā mutat. Sed querendū nobis est: cū
spiritus mentē nō eleuet nisi assumpserit
cur prius eleuauit: et postmodū dicit assū-
psit? Sed hoc loco assumpsit dictū est cō-
stāter tenuit. Nam sunt nōnulli quos ele-
uat spiritus: sed nō assumit: quoz et intel-
lectus ad spiritalia emicat: et tamen vita
in factis carnalibus remanēs: intellectui
nō cōcordat. Balaam nāq; per p̄phete
spiritū eleuatus erat: sed assumptus non
erat. Num. 22. qui et veraciter potuit lō-
ge post futura p̄ficere: et tamē a terrenis
desiderijs mentē noluit separare. Sed q;
p̄pheta sanctus sciētia eleuatus est: et vi-
ta pariter assumptus: iam qualis in p̄dica-
tiōe pergat audiamus.

**Et abij amarus in indigna-
tione spiritus mei.]**

Pensate fratres charissimi is cui dona
sancti spiritus creuerāt cur amarus abi-
bat? An omne cor qd idem spūs assumit:
amar in indignatiōe sui spiritus facit. An
de sciendū est: quia cui adhuc p̄sens vita
dulcis est etiā si verbū dei loqui videat:
eleuatus et assumptus predicator nō est.
Mentē enim quā sanctus spūs replet: in
amaritū dinē temporalīū delectatio eter-
noz cōmouet. Dulce em̄ est esse in rebus

humanis: sed ei qui adhuc de celestibus
gaudia nulla gustauit: quia quāto minus
eterna intelligit alio diligit tāto delecta-
bilis in temporalibus requiescit. Et siq;
tam cordis ore gustauerit: que sit illa dul-
cedo celestīū premioꝝ: qui illi hymnidis
ei angeloz choꝝ: que incōprehensibilis
visio sancte trinitatis: huic q̄to illud dul-
ce fit qd intus videt: tāto in amaritudinē
vertit omne qd foris sustinet. Mirat̄ se cū
de his que male egisse se recollit: et sibi met
ip̄i displicet: cū ei ille iam placere ceperit
qui omnia creauit. Rep̄hendit se de cogi-
tatiōibus: insequit̄ de verbis: et punit sē
do de factis: supnis inhiat: terrena iam
om̄ia per mentis respectū calcat. Et quā-
diu illud qd desiderat adhuc per speciem
nō habet: seseq; flere dulce habet: seseq;
cōtinuis lamentis affligere. Et q; nec dū
se esse in patria ad quā creatus est videt:
in hui; vite exilio nil ei plus aliud q̄ sua
amaritudo placet. Dedit̄ et em̄ subia-
cere sp̄alibus: et ardēter suspirat de ter-
ris alio eternis. Unde recte quoq; per sa-
lomōnē dicit: Eo qd in multa sapia multa
sit indignatio: et qui apponit sciētā ap-
ponit dolorē. Eccl. 1. Celestia et em̄ cog-
noscentes terrenis animū subdere de des-
gnamur. Et dū plus sapere incipim;: de
his que male egim; nobis ip̄is irascimur.
Et fit in multa sapia multa indignatio: q;
quantū plus p̄ficimus in cognitiōe: tan-
te nobis indignamur amplius de peruer-
so opere. Atq; cū sciētia dolor crescit:
quia quāto magis eterna cognoscim;: tā-
to magis esse nos in huius exilij miseria
volemus. Vel sicut translatiōe alia dicit:
Et qui addit sciētā addit laborē. Quo-
em̄ scire incipim; que sunt celestia gau-
dia: eo magis vt errorū nostroz laqueos
possimus euadere stendo laboramus. In
multa ergo sapientia multa est indignatio:
quia si eterna iam sapimus: cōcupiscere
tempalia dedignamur. Si eterna iam sa-
piam;: nosmetip̄os despicimus egisse hoc
quod nos potuit ab eternitatis amore se-
parare. Rep̄hendit semetip̄am consciē

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ria accusat quod egi: dampnat per penitentia quod accusat. Fit rixa in animo parturians pacem cum deo. Sic achab iniquus rex a propheta reprehensus cum contra se uinam sententiam audisset pertimuit: et magno merore depressus est ita ut prophete suo dominus diceret: Rone vidisti humilitatis achab coram me? Quia igitur humilitas est mei causa non inducam malum in diebus eius. 3. Regum. 21. In quibus dominus verbis pensandum est: quomodo ei in electis suis merore amaritudinis placeat qui amittere timent deum: si sic et reprobi penitentia placuit: qui timebat perdere pensans seculum. Aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpa in eis qui placere hec ad tempus placuit: et in eis displicebat. Sciendum quia nullus hec pro amore omnipotentis dei ex toto corde agere potest: nisi in cuius animi spiritus factus assumpsit. Nam quando homo ex sua virtute sufficiat terra despiciere: celestia amare: pacem cum deo querere: seculi rixam subire: in cogitatione semetipsum reprehendere: et gemitibus punire: Nullus hec agere nisi quem diuina gratia roborauerit valet. Unde et subdit.

Manus enim domini erat mecum confortans me.]

Ad bona quippe assurgere perfecte non possumus: nisi nos spiritus et prouidendo eleuet: et subsequendo confortet. Sed querendum est cum superius de volumine quod acceperat scriptum sit.

Et factum est in os meum sicut mel dulce.]

Qua ratione postmodum dicit. Abij amarus in indignatione spiritus mei. Mirum quippe valde est: si dulcedo simul et amaritudo conueniant. Sed iuxta superiorem sensum sciendum est: quia cui sermo dei in ore cordis dulcis esse ceperit: huius proculdubio contra semetipsum animus amarescit. Qui enim in illo subtiliter discit: qualiter se reprehendere debeat: eo se diutius per amaritudinem penitentiae castigat: qui tanto sibi magis displicet: quanto in sacro volumine

amplius de omnipotenti deo videt quod amet. Sed quia ad ista proficere sua virtute non valet homo: recte nunc dicit. Manus enim domini erat mecum confortans me. Manus enim domini in sacro eloquio aliquando etiam vngentur filius appellatur: quia officia per ipsum facta sunt. Et de cuius ascensione per moysen pater omnipotens loquitur dicens: Tollam in celum manum meam. Hec manus que electorum suorum corda confortat discipulis dicebat: Sine me nihil potestis facere Jobis. 15. In omni enim quod cogitamus semper orandum est ut et ipso aspirante cogitemus: et ipso adiunare faciamus. Aut uisuit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum amen.

Explicit omelia. X.

Incipit Omelia. XI. in qua interpretatur tertium capitulum: ab illa parte. Et ueni ad transmigracionem: usque ad illam partem. Et facta est super me manus domini

Inter cetera prophetie miracula hoc quoque mirandum habet: libere prophetarum: quod sicut in eis verbis res: ita nonnunquam uerba rebus exponunt: ut eorum non solum dicta: sed etiam res geste prophetie sint. Unde nunc dicitur.

Ueni ad transmigracionem ad aceruum nouarum frugum ad eos qui habitabant iuxta flumen chobar. Cum causa exigeret et indicare debuisset: quia ad transmigracionem ventret: que dicitur necessitas fuit: ut pro fruges locum quoque exprimeret dicens: Ad aceruum nouarum frugum: nisi quod sepe per res et loca cause signantur. 21. ulti quippe ezechiele prophetate tam captiuitatis anni defuerant: atque ex his qui in captiuitate ducti fuerant: plures iam morte carnis obierant: ad quorum filios loqui propheta ueniebat. Unde et ei superius dicitur:

Ad filii hominis mitto ego te ad

filios israel ad gentes apostatricos que recesserunt a me patres eorum preuaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc. Et filii dura ceruice et in domabili corde sunt ad quos ego mitto te.]

Ex quibus quia multi fuerat credituri: atque per obedientiam ad fertilitatem boni operis perueniunt: acervus frugum vocantur. Quia enim bone anime fruges appellantur: vel: propheta alius testatur dicens: Sanctus israel domino primitie frugum eius. Hierem. 2. Fruges etiam domini etiam conuerse ad fidei gratiam postmodum facte sunt: sed quia prius israel domino creditur: recte hunc prophetam frugum eius primitias appellauit. Quia ergo propheta missus non prius populo: sed filijs eius de populo verba intulit: ad acervum frugum nouarum venit. Quid vero per chobar fluuium designat supra iam diximus: que nequaquam modo repetimus: ne repetendo fastidium generemus. Sequitur.

Et sedii ibi ubi illi sedebat et mansi ibi septem diebus meres in medio eorum.]

Notandum captiuo populo propheta sanctus quanta compassione se compassat: eorumque se in eroribus cõsedendo et meres conuigil: quia radix verbi est virtus operis. Et ille sermo ab audiente libenter accipitur qui a predicante cum compassione animi profert. Sic ferrum cum ferro iungitur: liquat prius ut postmodum vicissim a seipso teneatur. Si enim prius minime mollescit: postmodum tenere se fortiter non sufficit. Sic propheta captiuo populo cõsedit: et meres in medio eorum extitit: ut dum per charitatis gratiam descendere de se et mollior reddideret: et eum statim propheta fortitudine teneret. Sin vero israeliticus populus qui domus exasperatus vocatur: quia culpas nec inter flagella cognouit: nullo merore animi depressit: propheta inter gaudentes meres sedere studuit: ut tacendo ostenderet: quid loquendo venerat docere. Et priusque verba faceret in hoc quod meres

tacuit: formam verborum sumpsit. Sequitur.

Cum autem pertrassissent septem dies factum est verbum domini ad me dicens.]

In eo quod septem diebus meres sedit: et post diem septimum verba domini iussionis accepit ut loqui debuisset: aperte indicatur quia eiusdem diebus meres tacuerat: missus autem ad predicandum fuerat: et tamen septem diebus sedens tacebat. Quid est hoc quod nobis propheta sanctus in hoc suo silentio innuit: nisi quod ille loqui veraciter nouit: qui prius bene tacere didicerit. Quasi enim quodam nutrimentum est verbi cura silentij. Et recte quod per excrementum gratiarum sermonem accepit: qui ordinate antea per humilitatem tacuit. Hinc enim per salomonem dicitur: Tempus tacendi et tempus loquendi. Eccles. 3. Non enim ait tempus loquendi et tempus tacendi: sed prius tacendi premitit tempus: et postmodum subdit loquendi. Quia non loquendo tacere: sed tacendo debemus loqui discere. Si ergo propheta sanctus qui missus ad loquendum fuerat: diu prius tacuit: ut postmodum recte loqueretur: pensandum non his est quia et culpa sit non tacere: que nulla cogit necessitas loqui. Sequitur.

Fili hominis speculatore de dite domui israel.]

Notandum quod cum que dominus ad predicandum mittit: speculatore esse denunciat. Cui enim cura aliena committitur: speculatore vocatur: ut in mentis altitudine sedeatur: atque vocabulum nois ex virtute actionis trahat. Non enim est speculatore qui in imo est. Speculatore quippe semper in altitudine stat: ut quicquid venturum est longe prospiciat. Et quis populi speculatore ponit in alto: debet stare per vitam ut possit prodesse per presentiam. Hinc propheta alius speculatore ammonet dicens: Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Esate 40. Et videlicet quod predicationis locum suscepit: ad altitudinem bone ascendat actionis ad excelsa transeat: et eorum qui sibi commissa sunt opera transcendat: quatenus subie-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

etorum vitam tanto subtilius videat: quā-
to et terrenis rebus quas despicit animū
nō supponit. **Q**uod dura mihi sūt ista que
loquor: quia memetipm loquēdo serior: cuius
neq; lingua vt dignū est p̄dicationē tenet
neq; inquantū tenere sufficit: vita sequit
linguā. **U**t ociofis verbis sepe iplicor:
et ab exhortatiōe atq; edificatiōe primo-
rū torpens et negligēs cesso. **Q**ui incōspe-
ctu dei factus suz mutus et verbosus: mu-
tus in necessarijs: verbosus in ociofis. **S**ed
ecce sermo dei de speculatozis vita cōpel-
lit vt loquar tacere nō possum: et tamē lo-
quēdo me ferire pertimesco: **D**icā: dicā:
vt verbi dei gladius etiā per meipz ad af-
fligendū als confingendū cor p̄ximī per-
trāseat. **D**icā: dicam: vt etiā cōtra me ser-
mo dei sonet per me. **E**go me reū esse nō
abnego: torporē meū atq; negligentīā vi-
deo. **E**rit foras apud piū iudicē impe-
tratio venierīpā cognitio culpe. **E**t qui-
dē in mōasterio positus valebā: et ab ocio-
fis linguā restringere: et in intentiōe ora-
tiōis pene cōtinuē mentē tenere. **E**t post
q; cordis humerū sarcine pastoralī suppo-
sui: colligere se ad semetipm assidue non
potest animus: quia ad multa partit. **L**ogor
nāq; modo ecclesiarū: modo monasterio-
rum causas discutere: sepe singulorū vitas
actuq; pensare. **M**odo quedā ciuiū ne-
gocia sustinere: modo de trueribus bar-
barorū gladijs gemere: et cōmissō gregi in-
fidiantes lupos timere. **M**odo rerū curā
sumere: ne desint subsidia eis ipis q̄b; di-
scipline regula tenet. **M**odo raptores q̄s
dam equanimiter perpeti: mō eis sub stu-
dio seruare charitatis obuiare. **L**uz itaq;
ad tot et tanta cogitāda scissa ac dilanīata
mens ducit: quādo ad semetipam redeat
vt potā se in p̄dicationē colligat: et a p̄-
ferēdi verbi ministerio nō recedat. **Q**ui a
aurē necessitate loci sepe viris secularib;
iungor: nōnunq; mihi linguā discipline
relaxo. **N**am si in assiduo censure mee vi-
gore me teneo: scio quia ab infirmiorib;
fugio: eosq; ad hoc qd appeto nunq; tra-
ho. **U**nde sit vt eorū sepe et ociosa pacien-

ter audiā. **S**ed quia ipse quoq; infirmus
sum: in ociofis sermonibus paulisper tra-
ctus: libet tam ea loqui incipio que aus-
dire ceperā inuitus. **E**t vbi tedeat cade-
re: libet iacere. **Q**uia ergo ego vel qua-
lis speculatoz sum: qui nō in monte opis-
tos: sed adhuc in valle ifirmitatis iaceo. **P**ro-
p̄ter vero est humani generis creator: et re-
demptor indigno mihi et vite altitudinē
et lingue efficacīā donare: p̄ cuius amore
in eius eloquio: nec mihi parco. **E**ssē er-
go speculatozis vita et alta debet semp et
circūspecta. **N**e enī terrenarū rerū amor
succubat: alta sit ne occulti hostis iaculis
feriat ex omni latere circūspecta. **N**e hoc
speculatoz sufficit vt altū viuat: nisi vt lo-
quēdo assidue ad alta auditores suos per-
trahat: eorūq; mentes ad amorē celestis
patrie loquēdo succēdat. **S**ed tūc hec re-
cte agit: cū lingua eius ex vita arserit. **H**āc
lucerna que in semetipā nō ardet: eam rē
cui supponit non accēdit. **H**inc enī de io-
hanne veritas dicit: **I**lle erat lucerna ar-
dens et lucēs. **J**obis. 5. **A**rdens videlicet
per celestē desiderīū lucēs per verbū. **E**t
ergo seruet veritas p̄dicādit: teneat ne-
cessesse est altitudo viuendi. **U**nde recte
quoq; sancte ecclesie sponsi voce in cātis
canticorū dicit: **N**asus tuus sicut tur-
ris lybani. **C**anti. 7. **Q**ue ergo laus est
fratres mei vt spōse nasus turri cōparet.
Quia per nasum semp odores fetoresq;
discernim. **Q**uid per nasum nisi specu-
larorū discretio designat: **Q**ui nimirū na-
sus et sicut turris esse et lybani dicit. **E**t
videlicet p̄positorū discretio et munita sp-
debet esse ex circūspectiōe: et in altitudi-
ne vite cōsistere: id est in valle infirmī ope-
ris nō iacere. **S**icut enī turris in monte
licet ad speculādū ponit: vt hostes qui
venit: longius videant. **S**ic p̄dicatozis
vita semp in alto debet fixa permanere:
vt more nariū discernat fetores victorū:
odoreq; virtutū: incursum malignorū spi-
rituū longe p̄cipiat: et cōmissas sibi ani-
mas per suā prouidentīā cautas reddat.
Sequitur.

**Et audies ex ore meo verbū
et annūciabis eis ex me.]**

Ecce iterū monet ppheta ne presumat loqui qđ nō audierit: sed prius aurē cordis aperiat voci creatoris: et postmodum os sui corpis aperiat auribus plebis. Unde ppheta allus dicit: Inclino ab similitudinē aurē meā: aperiat in psalterio ppositionē meā. ps. 47. Qui est recte predicat: prius sicut dictū est aurē cordis locutiōi intime inclinat: vt postmodū os corporis in ppositionē ammonitiōis aperiat. Sequitur.

**Si dicente me ad impiū mor-
te morieris: nō annūciaberis ne-
q; locutus fueris: vt auertat a
via sua impia et uiuat ipe ipius
in iniquitate sua morietur san-
guinem autē eius de manu tua
requiram.]**

In quibus verbis: quid nobis notandū est: quid sollicitē cogitandū: nisi quia nec subiectus ex culpa ppositi morietur: nec ppositus sine culpa est: quādo verba vite non audies ex sua culpa morietur subiectus. Im- pio etenim mors debet. Sed et a speculatore via vite nūcianda est: et eius impietas increpanda. Si vero speculatores taceat: ipe impius in iniquitate sua morietur. Quia impietatis eius meritū fuit vt dignus nō esset: ad quem speculatores sermo fieret. Sed sanguinē eius dñs de manu speculatores requirit: quia ipe hūc occidit: qui eū tacēdo mortū perdidit. In quib; vtrif; qđ pensandū est: quantū sibi cōnexa sunt peccata subditor; atq; ppositor; q; vbi subiectus ex sua culpa morietur: ibi is qđ presens est: quoniam tacuit reus mortis tenet. p- sate ergo fratres charissimi pensate: q; et qđ nos digni pastores nō sum; etiā ex vestra culpa est: quib; tales prelati sumus. Et si quādo vos ad iniquitatē desultis: etiā ex nostro hoc reatu est: qđ obfistētes atq; reclamātes i prauis desiderijs nō ha-

betis. Vobis ergo et nobis petitis si a prauo opere cessatis. Vobis et nobis parcimus: quādo hoc qđ displicet nō tacem;. Quā liber a cōmissor; sibi sanguine fuerat p̄dicatores egregius qui dicebat: Mūdus sum a sanguine omnium. Non est subterfugi quo minus annūciare omne consiliū dei vobis. Actū. 20. Si est nō annūciasset: mūdus a sanguine nō esset. Sed quibus omne cōsiliū dei annūciare studuit ab eor; sanguine mūdus fuit. In qua voce nos cōuenimur: nos pstringimur: nos rei esse ostēdimur: qđ sacerdotes vocamur qđ sup ea mala que ppria habem; alienas qđ mortes addim;: qđ tot occidim;: qđ ad mortē ire quotidie tepidi et tacētes videmur. Cū vero dicit. Sanguinē autē ei; de manu tua requirā. Si hoc in loco sanguinis nomine mors corpis designat: valde nobis de nostro silentio augeat metus: quia si in subiectis suis is qui p̄latus ad speculandū est: etiā de morte corpis quādoq; morituri tā grauitē reus tenet: quo reatu de morte anime subiecti constringit; que potuisset semp; viuere si verba corripitiōis audisset. Sed melius possunt sanguinis nomine peccata signari. Unde quidā eū peccata carnis desereret dixit: Libera me de sanguibus deus deus salutis mee ps. 50. Sanguis ergo morietis de manu speculatores requirit: quia peccatū subditi culpa esse ppositi si tacuerit reputat. Est ergo qđ faciat: vt etiā morietē subdito se liberū reddat. Surgat: inuigilet malis actibus cōtradictat. Sicut scriptū est. Discurrere festina: suscita amictū tuū ne deris sompnū oculis tuis: ne dormitent palpebre tue. p̄rouer. 6. Unde hic quoq; additur.

**Si autē tu annūciaueris ipio
et ille nō fuerit cōuersus ab impietate sua: et a via sua impia ipse quidem in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuam liberasti.]**

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Tunc em̄ subiectus mori sine te: quando in causa mortis contradicere pertulerit te. Nam mori cui nō cōtradictis: adiungeris. Et notandū que sunt que debeāt a speculatore p̄dicari. In intrū fides et operatio. Nam aut:

Si autem tu annunciaueris impio: et ille non fuerit conuersus ab impietate sua: et a via sua impia.]

Impietas quippe ad infidelitatem pertinet: via vero impia ad prauam actionem. Et omnis speculator: hoc habere debet studij ut prius ad pietatem fidei: postmodum ad piā viam: id est ad bonam operationem alia actionem trahat. Sed quia de exhortatione sermo se intulit: innotescere breuiter debemus in ore pastoris quantum esse debeat oratio: atque consideratio locutionis. Pensare etenim doctor debet: quid loquatur: cui loquatur: quando loquatur: qualiter loquatur: et quantum loquatur. Si enim vnum horum defuerit: locutio apta non erit. Scriptum quippe est. Si recte offeras: recte autem non iudicabo peccasti. Leuit. 2. Recte autem offerimus: cum bono studio bonum opus agimus: sed recte non diuidimus si habere discretione in bono opere postponamus. Considerare etenim debemus quid loquimur: ut iuxta pauli vocem sermo noster semper in gratia sale sit conditus. Col. 5. Pensandum vero nobis est cui loquamur: quia sepe increpationis verbum quod hec admittit persona: altera non admittit: et sepe ipsa eadem persona secundum factum fit altera. Unde nazathan propheta dauid post adulterium furti increpationis sententia percussit: qui cum de raptoze ouis diceret: Filius mortis est vir qui fecit hoc. 2. Regum. 12. Et prius respondit dicens: Tu es ille vir. Cui tamen cum de salomonis regno loqueretur: quia culpa defuit: ei se humiliter in adoratione praestruit. In vna ergo eademque persona: quia causa dispar exitit: etiam sermo propheticus dissimilis fuit. Pensandum quoque est: quando loqui debeamus: quia sepe et si dif-

feritur increpationis: postmodum benigne recipitur: et nonnumquam languescit: si hoc quod ante praefertur debuit: tempus amiserit. Nam et sapiens mulier nabal ebriam videns increpare de culpa tenaciter noluit: quae digesto vino increpationis suae verbis vtiliter percussit. 1. Regum. 25. Et propheta adulantium linguas non esse in subsequenti tempore deferendas: annunciat dicens: Confundant statim erubescetes qui dicunt mihi euge euge. ps. 40. Adulatio etenim si vel ad tempus patienter suscipitur: augetur: et paulisper demulcet animum: ut a rigore suae recititudinis mollescat in delectatione sermone. Sed ne crescere debeat statim est et sine mora ferienda. Pensandum quoque nobis est qualiter loquamur. Nam sepe verba que huc ad salutem reuocant: alium vulnerant. Unde paulus quoque apostolus: qui Titum ammonere dicens: Argue cum omni imperio. Titum. 2. Timotheum exhortatur dicens: Argue: obsecra: increpa: in omni patientia et doctrina. 2. Timo. 4. Quid est quod vni imperium et alio patientiam precepit: nisi quod vnum lenitior: alterum vero feruentioris spiritus esse conspexit. Veni per auctoritatem imperij iniungenda erat severitas verbi. Is autem qui per spiritum feruebat: per patientiam temperatus fuerat: ne si plus iusto infernesceret: non ad salutem vulnerata reduceret: sed sana vulneraret. Tandem quoque quantum loquamur: ne si est qui multa ferre: non valet per verbum vel exhortationis: vel increpationis longius trahimus: auditorum nostrum ad fastidium perducamus. Unde idem predicator egregius hebraeis loquitur dicens: Obsecro vos fratres ut sufferatis verbum solatijs etenim per paucis scripsi vobis. Ier. 13. Hoc tamen infirmis precipue cogruit: ut pauca quidem et que capere preualent audiant: sed que eorum mentem in penitentia volute commungant. Nam si eis vno in tempore exhortationis sermo fuerit multipliciter dicitur: quia multa retinere non valent: simul amittunt omnia. Unde et medici corporum patientes quos infirmatibus stomachis ponunt

pro quidē medicam in: sed subtiliter in-
 mit: ne si repleti multo medicamie in-
 mitate stomachi non roborates ad iunet:
 sed opprimetes grauent. Sciendū tamē
 quia et si quando modū suū sermo proluxi
 or trāseat: periculosus; hoc auditorib⁹ nō
 est. Si autem qualiter quid dicat: et qui-
 bus dicat non vigilanter conspiciat: val-
 de periculosum est. Verecūde et ceteri men-
 tes si quas fortasse culpas admiserint: le-
 niter arguēde sunt: quia si asperius incre-
 pent: franguntur potius q̄ erudunt. At
 contra mētes asperere atq; impudentes si
 increpate leniter fuerint: ad maiores cul-
 pas ip̄a lenitate prouocant. Quod bene
 in eodem egregio p̄dicatore discim⁹: qui
 cū corinthios cognosceret pro amore per-
 sonarū in scismate diuisos: eorū verecū-
 die consulēs: locutionē suam eis a gratia
 rumactōe et laudibus cepit dicens: Gra-
 tias ago deo meo semper p̄ vobis in gra-
 tia dei que data est vobis in x̄po Ihesu:
 quia diuites facti estis in illo in om̄i ver-
 bo et in om̄i scientia: sicut testimoniiū x̄pi
 confirmatū est in vobis. *i. Corinth. i.*
 Qui adhuc adiungit et dicit: Ita vt nihil
 vobis deest in vlla gratia expectatibus
 reuelationē domini nostri iesu x̄pi. Que-
 so te paulē si iam nihil deest: cur eis scri-
 bendo fatigaris: cur in longinquo post?
 loqueris? Pensemus ergo fratres charis-
 simi quantum laudat. Ecce eis gratiam dei
 datā asserit: factos in om̄ibus diuites di-
 cit: in om̄i verbo et in om̄i scientia x̄pi tes-
 timoniū: id est quod de semetip̄o morien-
 do et resurgēdo testatus est: in eorū vita cō-
 firmatū esse perhibet: et nihil eis deesse in
 vlla gratia testatur. Quis rogo credat:
 quia paulo post eos corripit quos ita lau-
 dat. Post cetera subiūgit. Obsecro autē
 vos fratres: per nomē domini nostri iesu
 x̄pi: vt idip̄m dicatis om̄es et non sint in
 vobis scismata. *i. Corinth. i.* Quid em̄
 potuit tam perfectis tamq; laudabilibus
 scisma subiipere? Significatū est em̄ mi-
 hi de vobis fratres mei ab his: qui sunt
 gloes: quia contentiōes inter vos sunt.

Hoc autē dico quod vnusquisq; vestrū di-
 cit: Ego quidē sum pauli. Ego autē ap-
 pollo. Ego vero cephe. Ego autem x̄pi.
 Ecce quos in om̄i verbo et in om̄i sciens-
 tia laudauerat: quib⁹ nihil de esse in vlla
 gratia dixerat: paulisper loquēs ad in-
 crepandū leniter veniēs: diuisos erga se
 ip̄os reprehēdit: et quos prius salutē nar-
 rauerat: postmodū vulnera patefecit. Pe-
 nitus em̄ medicus vulnus sanandū als se
 candū videns: sed egrū timidū esse cons-
 piciens: diu palpauit et subito percussit:
 prius blandā manū laudis posuit: et post
 modū ferum increpationis fixit. Ipsi em̄
 verecūde mētes fuerint palpādo rep̄hen-
 serat: ita vt ex alijs rebus audiāt quod in cō-
 solationē sumant: per increpationē profl-
 nus ad desperationē cadunt. Sed nuna-
 quid mētibus est paulus: vt prius eis ni-
 hil de esse in om̄i gratia diceret: quibus
 postmodū diciturus erat vnitatē deitatis?
 Absit hoc vt quis de illo talia vel de alijs
 ens credat. Sed quia erāt inter corinthi-
 os quidā omni gratia repleti: et erāt quis-
 dam in personarū fauoribus excisi: cepit
 a laudibus perfectorū: vt modesta inue-
 ctione ad reprehensionē pertingeret in-
 firmos. Et in hoc quoq; ad medicinā cor-
 dis a medicina corporis vsū trahens.
 Nam cū feriendū vulnus medicus aspi-
 cit: prius ea mēbra que circa vulnus sa-
 na sunt palpat: vt post ad ea que vulnera-
 ta sunt leniter palpādo perueniat. Cum
 ergo Paulus perfectos in corinthijs lau-
 dauit: sana mēbra iuxta vulnus tetigit:
 cum vero in firmos de diuisione rep̄hen-
 dit: vulnus in corpore percussit. Videas
 mus tamen hunc ip̄m qui tanta modestia
 atq; mansuetudine ad corripēdos corin-
 thios ducit: qualiter cōtra galathas qui
 a fide discesserāt: exercetur als erigitur.
 Nulla enim modestia patientie premissa:
 nulla locutiōis dulcedine prerogata: eos
 q̄s a fide discessisse cognouit ab ip̄o episto-
 le sue exordio inuehēdo redarguit. Itaq;
 p̄missa salutatioe sicut cepit. Miror q̄s sic
 tā cito transferim̄ ab eo q̄ vos vocauit ita

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

gratia xpi. Gal. 1. Quibus etiā in aperta increpatione post cetera subiūgit. **O** insentati galathe: quis vos fascinavit? Mentis etiam dure nisi aperta essent increpatione percussis nullomō malū cognoscerēt. qđ egissent. Nam sepe hi qui impudētes sunt: tantū se peccasse sentiūt: quantū de peccatis que fecerint increpant: vt minores culpas suas estimant: quas minor in uectio castigat: et quas uehementē oburgari uiderint: maiores esse despondant. Unde necesse est vt semp sermo predicantis cū auditorū debeat qualitate formari: ne aut uerecūdis aspera: aut impudētibus lenia loquat. Quid autē mirū si hoc uerbi dei erogator faciat: cū et agricola qui semen in terrā mittit: prius terre qualitatē prouiderit: quibus semibus apta uideat: et postquā qualitatē terre prouiderit: tunc semina spargit. Sed quia de qualitate doctrine locutionē longius traximus: oportet vt ad eū quē cepimus: exponēdo ordinem redeamus.

B Sed et si cōuersus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatem ponā offendiculū coram eo: ipse morietur: quia non annūciasti ei. In peccato suo morietur: et non erūt in memoriā iusticie eius quas fecit: sanguinē uero eius de manu tua requirā.]

Quia iusto qui in peccato cecidit p̄dicator tacuit: eius sanguine reus tenet: et qui sollicitus esse nō studuit in p̄dicatiōe: factus est particeps in cōdempnatiōe. Sed cū dicit in peccato suo morietur: et nō erunt in memoriā iusticie eius quas fecit. Hoc nobis maxime cōsiderandū est: quia cum mala cōmittimus: sine causa ad memoriā bona nostra trāfacta reuocamus: quoniā in perpetratiōe maloz nulla debet esse fiducia bonoz preteritoz. Sed queri potest: utrū iusto postqđ ceciderit p̄dicandū sit an et priusqđ cadat: Inuigilare p̄dicator debet: ne ad casum ueniat: p̄culdū

bio et priusqđ cadat. Nam sequit.

Si autē tu annūciaueris iusto vt nō peccet iustus et ille peccauerit uiuens uiuet: quia annūciasti ei: tu autē animā tuam liberasti.]

Si ergo p̄dicator (deo suā animā liberauit: quia iusto ne peccaret uenūciauit: cū iustus ad peccatū p̄dicatore tacēte ceciderit: p̄dicator quia tacuit reus tenet. **S**ed quis nostrū rogo ad hec sufficiat: vt non solū peccatores studiose corripiat: sed etiam iustis inuigilet ne cadāt. Nos em̄ infirmitatis nostre cōsicij cū iustos uiros cōspicimus: amonere eos nō presumimus: vt iusticie uia teneant: quā quia tenet uideamus et tamē p̄dicatoris est debitū etiam iustos amonere. Unde p̄dicator egregius dicebat: Sapiētibus et insipiētibus debitor sum. Rom. 1. In his uero oibus que de iusto ad iniquitatē cōuerso dicta sunt: hoc est laboriosū ad loquēdū hoc ualde pertimescendū quod dñs ait: **P**onā offendiculū coram eo. Ait em̄.

Si cōuersus iustus a iusticia sua fecerit iniquitatē: ponam offendiculū coram eo.]

Nos em̄ dicimus: quia si iniquitatē fecerit offendit: et uerū est omnino qđ dicimus: cur adhuc et deus omnipotens offendiculū ponit quē iam impie egisset et cecidisse per iniquitatē quā perpetravit cōspicit? Sed districta sunt omnipotētis dei iudicia: et qui peccatorē diu expectat vt redeat: nō redēti atqđ cōtempnēti ponit adhuc ubi grauius impingat. Peccatū quippe qđ per penitentiā citius nō deletur aut peccatū est: aut causa peccati: aut peccatū et pena peccati. Omne em̄ qđ prius cōmittit peccatū est: sed si citius penitendo nō tergit: iusto iudicio omnipotētis deus obligatā peccātis mentē etiā in culpā alterā permittit cadere: vt qui siēdo et corrigendo noluit mūdare qđ fecit: peccatū incipiat peccato cumulare. Peccatū ergo

quod penitentie lamento non diluisset: peccatum simul est et causa peccati: quod ex illo oritur unde adhuc peccatoris animus altius oblitus est. Peccatum vero quod ex peccato sequitur: peccatum simul est et pena peccati: quia ex crescente cecitate: ex retributione prioris culpe generatur: ut quasi iam quedam sint in peccatore supplicia ipsa incrementa vicio. Fit vero nonnunquam ut unum idemque peccatum et peccatum sit et pena peccati: simul et causa peccati. Proponamus enim ante oculos quempiam rem proximi concupisse: quam quia aperte non valuit furto diripuit: sed in furti acculatione positus se hanc diripuisse iureiurando denegavit. Huic ergo concupiscentia peccatum fuit et causa peccati: quia per eam pervenit ad rapinam. Proximus vero furtum quo rem concupitam diripuit: et peccatum ei factum est et pena peccati: quia ex retributione iam non repressa concupiscentie: factum est ut veniret ad furtum et culpa cordis excreveret in opere et ex ultio cecitatis. Sed quia furtum per iram tegere curavit: ex peccato rursum peccatum genuit. Furtum ergo quod ex concupiscentia percussit: et perierunt pertulit: et peccatum et pena peccati factum est culpe precedentis: peccatum et causa peccati culpe subsequenti quia de illa natura hanc genuit. Quod bene paulus de quibusdam deum intelligentibus: sed non honorantibus insinuat dicens: Cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis. Rom. 1. Ecce enim peccatum et causa peccati. Ex qua causa quid sequatur adiungit. Et obscuratum est insipientes cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Et mutaverunt gloria incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Ecce peccatum solimodo. Et pena peccati esset: si non adhuc ex hoc peccato et aliud sequeretur. Nam post infidelitatem eorum subdit. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam: ut concumeliis afficiat corpora sua in semetipsis. Quia igitur cognoscetes deum non sicut deum glorificaverunt. Ex eo peccatum

et causa peccati ad hoc quod perducti sunt: ut ad cultum serpentium et volucrum laberent. Sed quia per hanc etiam cecitatem usque ad immunditiam et carnis contumelias ceciderunt ipsa infidelitatis eorum cecitas precedenti intellexit: et peccatum est et pena peccati: subsequenti vero immundicie peccatum facta est et causa peccati. Sed quia de his in libris moralibus diu tractatum est: nobis nunc in eis diutius immorandum non est. Hoc autem nobis cum tremore considerandum est: quomodo iustus et omnipotens deus dum procedentibus peccatis irascitur: permittit ut cecitas mens etiam in alijs labetur. Unde moyses ait: Non dum completa sunt peccata amorreorum. David quoque dicit: Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum ut non intret in ruo iusticia. ps. 68. Propheta etiam alius dicit: Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt et sanguis sanguinem tetigit. Osee. 5. Sanguis enim sanguinem tangit: quando peccato peccatum additur: ut ante dei oculos aduictis iniquitatibus anima crucientur. Paulus apostolus ait: Ut impleant peccata sua semper. 1. Timoth. 2. Iohanni quoque per angelum dicit: Qui nocet nocet at adhuc: et qui in sordibus est sordescat adhuc. Apocal. vltimo. Unde nunc etiam dominus dicit. Si conversus iustus a iusticia fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo. Ac si dicat: Quia videre penitendo noluit ubi iam impeditur alibi impingit: iusto eum iudicio deserens ponam ei ut et alibi impingat. Quod tamen domini ponere est nequaquam ad peccandum premere: sed nolle a peccato liberare sicut de pharaone dicit Ego indurabo cor eius. Exod. 5. Non enim cor peccantis dominus obdurat: sed obdurare dicitur cum ab obduratone non liberat. Misericors enim deus tempus nobis ad penitentiam relaxat: sed cum eius gratie patientiam: nos ad augmentum vertimus culpe: hoc ipsum tempus quod ad parcendum pie disposuit: districte ad feriendum vertit: ut cum alio quia reuertit quis etiam spacio temporis accepto noluerit: per hoc mala sua ad reatum augeat: per quod ea diluere potuit si converti voluisset.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

set. Unde scriptū est. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit: fin duriciam autem tuam et cor impentens thesaurizas ubi iram in die ire et reuelationis iustitiae iudicij dei. Rom. 2. De benignitate ergo omnipotentis dei iram sibi in die ire reprobis thesaurizat: quia dum ad penitendum tepus accipit: et ad peccandum exhibet: ipsum remedium gratie vertit in augmentum culpe. Unde et omnipotens deus: quia collata remedia respicit: ad culpe augmentum trahi ipsam benignitatem quam contulit: in iudicij distributione vertit: ut inde post amplius feriat: unde modo amplius expectat. Et quia homo deserere malum non vult ut viuat: augeat unde moriatur. Sed siue iustus in culpa siue peccator in morte corruat: speculatoz timendum est: ne hinc ex suo silentio reatus peccantium pariter inuoluat. Sed inter hec dum loquor: auertere ad meipsum oculos volo: et ecce iterum sermo diuini me impingit in memetipsum: ut meam negligentiam videam: et mihi dici hec que audio pertimescam. Sicut enim superius dixi: cuius cor in curis innumeris sparsum est: quando se ad se colligat: quando etiam possum et ea que circa me sunt: sollicito omnia curare: et in memetipsum adunato sensu conspiceret: quando possum propter nequicias insequendo corrigere: bonorum actus laudando et animo nendo custodire: alijs terrorem atque alijs dulcedinem demonstrare. Quando valeo et de his que sunt necessaria fratribus cogitare et contra hostiles gladios de vobis vigilis sollicitudinem gerere: ne incuriosos subitaneus pereat: prouideret inter hec omnia per animarum custodia plene atque efficaciter verbum exhortationis impendere? Loqui et enim de deo quiete valde et libere mentis est. Tunc namque bene lingua dirigit in sermone: cum secure sensus quiescit in tranquillitate: quia nec concussa aqua imaginem respicientis reddit: sed tunc in ea vultus intendentis alio aspicientis aspiciet: cum non mouet. Quam ergo exhortationem vobis speculatoz vester fratres charissimi faciat que tot rerum confusio perturbat. Certe is

de quo loquimur propheta vltima reuelatione templum videns: que in eodem templo conspexerit: inter cetera narrat dicens: Terra usque ad fenestras: et fenestre clausae. Paulus quoque apostolus dicit: Templum etiam dei sanctum est quod estis vos. 1. Cor. 3. In hoc autem templo fenestre sacerdotes et speculatores sunt: qui in populo fidelium lumen sancte predicationis fundunt. Sed cum terra usque ad fenestras est: fenestre clausae sunt. Quia cum terrena cogitatio in sacerdotum cordibus excrescit: fenestre lumine non fundunt: quia sacerdotes ab officio predicationis obmutescunt. Est et aliud valde in ordine sacerdotum graue: quia non sicut hi qui vitam quietam ac remotam ducunt: sicut valent in sua cogitatione permanere. Hi enim sicut superius diximus: qui a loco regiminis longe sunt: possunt peccatorum suorum maculas aliis culpas et sceleribus lauare: et post scelerum in eodem mentis cerebro persistere. Sicut de bona quoque muliere scriptum est: que ad tabernaculum orauerat: et ab intentione sua animus post compunctionis gratiam non mutabat cum dicit: Vultus eius non sunt amplius in diuersa mutari. 1. Regum. 1. In qua nobis considerandum est quia si sic plangit mulier que querebat filium: quomodo debet plangere anima que querit deum? Sacerdos vero etiam post compunctionem ac lacrymas: cogit necessaria queque aliis quoque filiorum suorum cognoscere: et ea que refugit animo patienter audire: atque post suspiria celestium quorumlibet carnalium hominum onera portare: et sepe cum superuentibus cor in diuersa qualitate transfundere. Nam aliquando de lacris spiritibus gaudet: sed cum quilibet merens superuenerit: nisi eius merore in se susceperit: tribulationi illius compaties non est. Et aliquando de dampnis animarum luget et repente superueniunt: qui de quibusdam suis prosperitatibus letant: quos si leticie sacerdos non cogaudet: minus amare creditur filios in quorum gaudio non exultat participare cum paulus dicat: Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Romani. 12. Hi

Hil ergo tam onerosum in ordine sacerdotum
tū video quā rigorē mentis compatiendo
fletere: cum personis superuenientibus
animū mutare: tamen hoc est valde ne-
cessariū. Nam quādo ex predicatiōe eius
ad boni operis gratiā peccator reducit: si
ipse predicator videt ingratus. Unde per
hūc quoq; eundē pphētā in extrema par-
te dicit: Et cū sacerdotes intrinsecus mi-
nistrāt: vestibus laueis nō vtant. Exod.
28. et. 29. et Leuit. 11. De quibus subdi-
tur. Cumq; egredient atriuz exterius ad
populū: reuert se vestimēta sua in quib;
ministrauerāt: et reponent ea in gazophi-
lato sanctuarij. Brostiora quippe Indu-
mēta sunt lanea: sed cū sacerdos ad san-
ctū ministeriū accedit: cū intus per com-
punctionē ingrediē subtiliori intellectus
necessē est quasi lineo indumento vestiā.
Sed cū ad populū foris egrediē: oportet
vt vestimēta in quibus intrinsecus mini-
strauerat reponat: atq; populo alijs vesti-
bus indutus appareat: quia si in compū-
ctiōis sue rigore se teneat: si i eo quē i ora-
tionis tempore habuit merore perduret:
exteriorū rerum verba suscipere nō admit-
tit. Et qd grex de necessarijs faciat: si au-
dire atq; perpendere: et hoc qd presens tē-
pus exigit pastor recusat. Brostiora ergo
vestimēta sacerdos exiens ante populū
induat: vt mētis sue habitū pro utilitate
filiōrū etiam ad terrena tolerāda compo-
nat. Pēnsate ergo fratres charissimi quā-
tū? speculatori labor sit: et ad sublimia cor-
tēdere: et hoc repēte ad ima reuocare: et in
sublimitate cognitiōis intime extenuare
animū: et ppter exteriores causas primo
rū (vt ita dicā) subito in cognitiōe grosse-
scere. Non ergo mihi modo necesse est p-
phete verba exponere: sed meā coram vo-
bis miserā de flere. Unde peto vt vestra
me oratio talē faciat: qualis et mihi valeā
et vobis prodesse. Potēs est indigno mi-
hi et infirmo ex vestra intercessiōe ista tri-
buere: qui et abs ex sua pietate pro nobis
dignatus est infirmari. Virtus em̄ dei est
atq; sapiētia que nostram infirmitatē sum-

pst: vt ex sua nos infirmitate roboraret.
Iesus xpus dominus noster: qui viuit et
regnat cū patre in vnitāte spiritus sancti
deus: per omnia secula seculorū amē.

Explicit omelia. XI.

Incipit Omelia. XII. in qua
interpretatur ab illa parte ter-
tij capituli. Et facta est sup me-
man^o domini: vsq; ad finē. Et
partem quarti vsq; ad illud. Et
tu dormies super latus tuū.

Eruta veritate hystorie: et sus-
na eloquia aliquādo ex tempo-
re: aliquādo ex loco causas de-
signant: quas aperto sermone
non indicāt. Ex tempore etem: sicut pres-
dicante iudeis domio per euangelistā di-
citur: Hiems erat. Jobis. 10. Inter illa
enim mysteria que veritas loquebat quid
cause fuit vt nomen hiemis adderet: nisi
vt per qualitātē temporis: ostenderet fri-
gus cordis? Quia et cum verba veritatis
acciperēt frigida iudeorū corda remane-
bant. Aliquādo ex loco: sicut carnali isra-
elitico populo descendēte de monte moy-
si lex in campatribus data est. Exod. 19.
Matth. 5. Et sanctis apostolis domin^o in
monte sedens summa spiritalia precepta
locutus est: vt ex locis videlicet monstra-
ret: quia et illis tanquā carnalibus mans
data minia dabant in valle terrarū: et isti
tanquā spirituales et sancti in monte mans
data celestia audirent: quatenus aperte
monstraret: q; ascendētes in corde ad ces-
lestia infirma mūdī relinquerēt: et in men-
tis culmine starent. Unde nūc Ezechiel
ppheta quid iubente deo in locis egerit
describit: vt per locorū qualitates indicet
quid impostērū de pphēcie mysterijs sea-
quere: ecce enim dicit.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Facta est super me man⁹ do-
mini et dixit ad me: surgēs egre-
dere in campū et ibi loquar tecū

Quid est hoc quod prius dñs in medio israelitarū locutus ad pphetā suū fuerat: et tamen postmodū dicit: Egredere in cā-
pū: et ibi loquar tecū: nisi q̄ prophetie sue gratiā et prius iudeis infundere: et banc postmodū dignatus est in latitudine gen-
tiū demonstrare. Neq̄ est immerito per campū gentilitas designat: que longe la-
teq̄: id est in vniuerso mūdo distenditur. Ubi et subditur.

Et surgens egressus sum in
campū et ecce gloria domini sta-
bat quasi gloria quā vidi iuxta
flumen chobar.]

In campo gloriā dñi ppheta vidit: quā iuxta flumen chobar in medio israelitarū viderat: quia ipa eius maiestas gentibus apparuit que pri⁹ se electis in iudaico po-
pulo reuelate spū declarauit. Sequit̄.

At cecidi in faciem meam.]

Gloria dñi gloria in facie suam ppheta ca-
dit: quia quāuis homo ad intelligēdum
sublimia eleuet̄: ex contemplatiōe tamen
maiestatis dei infirmitatē sue cōditionis
intelligit: et quasi statum nō habet qui se
ante dei oculos esse cineres et puluerē vi-
det. Sequitur.

Et ingressus est in me spūs
statuit me supra pedes meos.]

Cum nos humiliter deo sternim⁹: cū ef-
se nos puluerē cinerēq̄ cognoscimus: cū
infirmitatē conditiōis pprie pensantes:
statū rigiditatis et superbie nō habemus:
omnipotēs deus per spiritū suū nos leuat:
et super pedes nostros statuit vt qui humi-
liter apud nos ex infirmitatis nostre cogi-
tatiōe iaculimus et iacemus: in bono post
opere quasi super pedes ex rectitudine ste-
mus. Quod cur in cāpo de ppheta agit
nisi vt specialiter designet: quia etiā ele-
ctis gentiū sancti spiritus dandus esset:

qui eos quos assumeret et prius a supbie
sue statu deiceret: et postmodū super pe-
des suos: id est sup bona opera solidaret.
Sicut per paulū dicit̄: Demissas manus
et dissoluta genua erigite: et gressus rectos
facite pedibus vestris. Heb. 2. Sequit̄.

Et locutus est mihi: et dixit
ad me. Ingredere et icludere
in medio domus tue.]

Quid est qd̄ de medio israelitici popu-
li propheta ad campū educit̄: atq̄ ad do-
mū postea de campo reuocat: nisi q̄ pdi-
candi gratia a iudaico populo ablata: in
latitudine gentilitatis sparsa est. Sed ta-
men quia in fine mūdi dū iudei ad fidē re-
deūt: quasi ad domū ppheta reducit̄: vt
in suo populo rursus pdicatio inhabitet:
que modo velut in cāpo ita in diuersis ge-
tibus fulget. Scriptū quippe est. Donec
plenitudo gentiū subintraret: et sic omnis
israel saluus fieret Rom. 12. Quia et per
pphetā alterū dicit̄: Si fuerit numerus
filiorū israel quasi arena maris reliquie sal-
ue fient. Osee. 5. Creat ergo ppheta de
medio populi ad campū: de campo rede-
at ad domū: vt predicatio que iudee facta
est: egrediāt in gentes: et repletis fide ge-
tib⁹: recipiat iudea spiritalis doctrine do-
na que amisit. In lucī autē in medio do-
mus sue propheta precipit̄: quia antipri-
tempore ab eis gentib⁹ que in infideli-
tate remāserint: plebs cōuersa iudeorū di-
uisis persecutorib⁹ coangustat. Unde scri-
ptū est. Atriū autē quod est extra templū
eijce foras et ne metieris illud quā dātū
est gentib⁹ et ciuitatē sanctā calcabūt mēs
sibus quadragintaduob⁹. Apoc. 11.

Et tu fili hominis: ecce data
sunt super te vincula: et ligabūt
te in eis: et nō egredieris in me-
dio eorū: et linguam tuā ad here-
re faciam palato tuo: et eris mu-
tus: et quasi vir obiurgās: quia
domus exasperans est.]

Que videlicet verba si per typice expositionis ordinē sequimur: ppheta in domino sua vincula suscipit et ligatur: quia in extremis cum iudea crediderit grauissimas antitipi tempe persecutiōes sentit: ita ut predicatiōes eius ministri iniquitatis nō recipiāt: sed resistendo has vinculis dolorum premāt: et in medio eorum nō egreditur: quia ad corda prauorum predicatio nō peruenit: dum lingua bonorum ligata tribulatiōibus tacet. Erūt etiam tunc multi ex iudeis infidelibus qui eosdē ipsos qui ex iudeis crediderint persequuntur. Unde notandū est quod hic quoque dicitur: quia in domo sua ppheta vincula sustineat: ut videlicet desinat: quoniam ex ipso suo genere iudea cum fidelis fuerit: tribulatiōe persecutiōis portet. Dum enim vnigenitus summi patris incarnatus ac mortuus resurrexisset usque ad celos ascendisse nō credidit: sicut per sacre scripture paginas predicatur: nimirum apud eos ppheta ligata erit: que si ita ut dicta est in eorum intellectu decurreret: quasi gressus liberos sue predicatiōis habuisset. Ne probis ergo tūc predicatorum scientia re compellit. Unde et his subdit. Et linguam tuā adherescere faciā palato tuo et eris mutus: nec quasi vir obliuiscens quod dominus exasperas est. Sed quia enoch et helya predicantē multi ex his qui tūc ex iudeis in infidelitate remanserūt ad cognitio nē veritatis redeunt: sicut de eodē helya dicit: Helyas veniet et ipse restituet omnia. Math. 17. qui utriusque per Zachariā duo oliuē: et per iohannē duo candelabra nō minant. Zach. 4. Apocal. 11. Recte hic quoque subiungit.

Lum autē locutus fuero tibi aperiam os tuū: et dices ad eos: Hec dicit dominus deus.]

Tunc enim velut in extremo os pphete aperit cum in predicatiōe enoch et helye a iudeis ad fidē redeuntibus ppheta sacri eloqui de xpo fuisse cognoscit. Sed quia hec typice diximus: nūc verba eadē charitati vestre moraliter disseram. Quid est

enim quod exire ppheta ad campū iubet: nisi quod vnusquisque qui p̄dicit propter eos quos extra se postos corrigit: atque ab iniquitate cōpescit: loquēdo ad campū erit: ibique gloriā videt. Quia tāto largius doctrine gratiā percipit: quāto se in labore p̄dicatiōnis ex amore proximorum tendit. Foras ergo exēdo in altū visione ducit: quia vnde in alienis cordibus ignorātie cecit atē ministerio sue locutiōis illuminat: inde eū superna gratia in altiori intelligētia exaltat. Sed quia semp̄ p̄dicator debet ad mentē recurrere: humilitatē atque mundiciā intrinsecus custodire: post campū necesse est ut ad domū redeat: quatenus in his que dicit qualis etiā ipse sit intra conscientia cognoscat. Si enim aut hoc quod loquitur minime custodit: aut his que loquitur temporalē gloriā requirit: loquēdo quidē ad campū erit: sed nō cogitādo semetipsum ad domū redire cōtempnit. Accepto enim spiritu in medio domus includimur: quādo per eius gratiā ad discutienda mētis nostre secreta reuocamur: ut apud semetipsum in deo animus quiescat: nō iam per exteriores cōcupiscētias in appetitū laudis et glorie cogitatiōis mobilitate discurrat. De hac domo cordis cuiusdam sanato per semetipsum veritas dicit: Tolle grabatū tuū et vade in domū tuā. Job. 5. et Mar. 2. Per grabatū quippe in quo carnis est requies: ipsa caro signat. Per domū vero conscientia figurat. Et quia cum mente mortui in vicijis iacem: in carnis delectatione quiescimus: infirmi portamur in lecto. Cū vero sanati fuerim: mente: ut iam pulsantibus carnis vicijis resistam: necesse est ut et temptationū contumelias de nostra carne tolerem. Ergo itaque ad salutē reducto precipit. Tolle grabatū tuū: id est porta lectū in quo portat es: quia necesse est ut sanatus quisque portat contumeliā carnis in qua prius iacebat egrotus. Quid est ergo dicere: Tolle grabatū tuū et vade in domū tuā: nisi porta temptatiōis carnis in quibus hactenus iacuisti: ac reuerrere ad conscientia tuā ut videas que fecisti.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Propheta igitur post sampū in domū in
ciudi precipit: vt predicator semper post
gratiā doctrine quā p̄mis ministrat ad
conscientiā redeat: seq̄ ip̄m subtili exami
natiōe discutiat: ne de his que foris pre
dicat: aliquid ip̄e apud se intrinsecus trā
storie laudis querat. Unde per salomonē
dicit: Bibe aquā de cisterna tua: et fluen
ta putei tui: diriuēt fontes tui foras: et in
plateis aquas diuidet: habero eas solus:
nec sint alieni participes tui. Prover. 5.
Valde autē cōtraria vident esse que dicit
Diriuentur fontes tui foras: et in plateis
aquas diuide: cū protinus adiūgit. Habe
to eas solus: nec sint alieni participes tui
Quomō enim aquā scientie solus habe
re poterit: si hāc in plateis diuidit? Quo
modo alieni aque eius participes nō sunt
si fontes illius foras veruant? Sed cum
p̄dicamus populis: in plateis nimirū aq̄s
diuidimus: quia in auditorū multitudinē
sciētie dilatamus. Lū vero nos adiunāte
diuina grā intrinsec⁹ custodim⁹: et ne ma
ligni sp̄s qui iure a nobis alieni sunt: qz
forte beatitudis perdidērūt: nobis in ela
tione subzipt̄: sollicitudine cauta circū
spiciamus: soli habem⁹ aquas quas in pla
teis diuidim⁹: vt nobis in eis alieni parti
cipēs nō sint. Hi nimirū de quib⁹ scriptū
est. Alieni isurrexerūt in me: et fortes que
sierūt animā meā. ps. 53. Aquas ergo et
in plateis diuidit et solus habet: qui per
hoc qd̄ multis predicat se in cogitatōe tē
poralis glorie nō exaltat. Tunc est possi
det homo: qd̄ docet: quando se nō gaudet
inotescere: sed p̄desse. Ex campo ergo ad
domū p̄pheta reducit: vt is qui ex deo lo
quit: postq̄ pro utilitate primorū loquē
do foras extierit: ex humilitate semp ad vi
scutienda cordis sui secreta reuocet. An
de et subditur.

**Et tu fili hoīs: ecce data sunt
sup te vincula et ligabūt te in eis
et non egredieris in medio eorū.
Cum est predicator quilibet ad cōscientiā
domus sue reducit: super eū vincula van**

tur: et ligat in eis quia quāto plus se in cō
gitatōe discussit: tāto amplius agnoscit
iusti anima quātis mortalitatis sue infir
mitatib⁹ sit ligata. Nisi est se ligatū p̄spici
ceret paulus minime dixisset. Desideriū
habēs dissolui et cum xp̄o esse. Philip. 1.
Hinc et per psalmistā dicit: Et audiret ge
mitū vinculatorū: et soluat filios interem
ptorū. ps. 101. Et rursus. Intret in cōpes
ctu tus gemitus cōpeditōrū. ps. 66. Se
pe autē cum iam anima ad redēptoris sus
specie cōtemplandā exire desiderat: cū ce
lestib⁹ gaudijs interesse suspirat: ip̄a mor
talitatis suis sue vincula cōspicit et gemit
quibus adhuc in p̄senti mūdo ligata reti
net. Hinc est est q̄ subtile loquēdo
dei in dicitū intus Hieremias ait: Circū
edificauit aduersus me: vt nō egrediar ag
grauauit compede meā. Treñ. 3. Habe
mus est com pedes ip̄am in firmitate atqz
corruptionē mortalitatis nostre: sed cū tri
bulario nobis et gemitus addit ip̄e nostre
cōpedes aggrauant. Et quidē quādiu in
hac vita iustus moras patit loquēdo ho
na: p̄desse alijs festinat: sed cū duras mē
tes cōspicit easqz cōsiderat contentiōibus
occupari: predicatiōis verbū retinet: et in
medio eorū nō egrediet: quia a bonis que
loqui poterat obmutescit. Sic per paulū
dicit: Nihil per contentiōē. Philip. 2.
Et rursus. Si quis vult cōtentiosus esse
nos talē cōsuetudinē nō habemus. 1. Co
rintb. 11. Unde hic qz apre subiungit.

**Et lingā tuam adherere faci
am palato tuo et eris mutus: nec
quasi vir obiurgans: quia dom⁹
exasperans est.]**

Aliquādo vero etiā cōtra resistentiū lin
guas predicantiū corda zelo sui dñs accē
dit ne taceāt: sed dicta fallaciū verbis ve
ritatis premāt. Unde hic subdit.

**Cum autē locutus fuero tibi
aperi os tuū et dices ad eos: Hec
dicit dominus deus.]**

Sed hec que breuiter sub duplici latel

lecti discussimus placet ut iuxta considerā
tionē littere leniter tangēdo transeamus
Quid enim amplius nobis per ipsa verba
hystorie q̄ virtus obediētie cōmendat.
Cum modo ad transmigratiōē iuxta flu
viū chobar pergere: modo in campū egre
dit: modo ex campo ad domū redire. pphe
te p̄cipit vt prius ex iussioe pergēs: et pau
lo post exiens: atq; iterū domū rediēs et se
metipm̄ recludēs semper sue volūtatis ar
bitriū ad diuini eloquiū p̄ceptū frangat
q̄tis ī celesti iussioe suspēsus: nō suā sed
p̄ditoris sui volūtātē impleat. Qui dicit.

**Et tu fili hoīs: ecce data sunt
sup te vincula: et ligabūt te in eis
et nō egredieris in medio eorū.]**

Qua in re notandū est qd̄ aduersa pro
pheta p̄noscit: vt cōtra omnia pareat: nisi
enī mala cōtra mentē p̄uealēt: que inopi
nata nō veniūt: et tamen dū cōtraria p̄
noscunt: quāta sit in eo obediētie virtus
ostendit: qui et cognoscit q̄ aduersa pas
surus est: et tamen voci dñice inobediens
non est. Magna autē consideratiōe indi
gent verba que p̄tinus addunt.

**Et linguā tuā adherere fa
ciā palato tuo et eris mutus: nec
quasi vir obiurgās: quia dom⁹
exasperans est.]**

Discernendū nobis quippe est: vtrum
pro solis malis auditoribus: an aliquā
do etiā pro vicio predicatiōis sermo sub
trahit: Quattuor enī qualitātib⁹ res hec
cōsiderata distinguit. Nam aliquādo p̄
pter malos auditores bonis tollit sermo
doctoribus. Aliquādo vero p̄pter bonos
auditores dat sermo doctoribus et malis.
Aliquādo autē p̄pter docentiū atq; audi
entiū iustificatiōē bonis doctorib⁹ dat:
vt et ipsi per meritū crescāt: et auditores eo
rū intellectu et vita p̄ficiāt. Aliquādo ve
ro quia neq; bi digni sūt accipere quibus
doctrinē verbū profert: neq; illi doctrinē
verbū p̄ferre qui locū docēdi tenent p̄di
candiōis sermo tollit: vt vtrq; pars distri

cte iudicet. Propter malos nāq; au dīto
res bonis sermo doctorib⁹ tollit sicut nūc
ad ezechiēl dicit: Linguā tuā adheresce
re faciā palato tuo et eris mutus: nec qua
si vir obiurgās: quia dom⁹ exasperās est.
Et sicut paulo dicit: Festina et exi veloci
ter ex hierusalē: quoniā nō recipient testi
moniū tuū de me. Et sicut volētibus apo
stolis p̄dicare in asia scriptū est. Quia p̄
hibuit eos spūs iesu. Actū. 16. Propter
bonos auditores etiā malis doctoribus
sermo dat: sicut de phariseis dñs dicit:
Omnia quecumq; dixerint vobis seruate
facite: scdm̄ opera vero eorū nolite facere
dicūt enī et non faciūt. Matth. 23. Propt̄
docentiū quoq; meritū et audientiū iustifi
cationsē sermo doctrine tribuit sicut sana
ctis apl̄is dicit. Euntēs docete omnes gen
tes. Mar. 16. Propter malos vero audi
tores et indignā vitam eorū: qui docere de
buerāt sermo doctrine subtrahit. Sicut
hely ad corrigēdos filios suos: distri cte
inreparatiōis verbū nō habuit: quia et ei⁹
negligētia et filiorū exagebat vita: vt cum
eis et populus caderet: et archa dñi capta
ad aliophilos trāsiret. 1. Reg. 2. 3. et. 4.
Magnā enī omnipotentis dei est gratia cū
iniquē agētibus durus a doctorib⁹ sermo
inreparatiōis p̄fert. Quo cōtra nūc dicit
Et eris mutus nec q̄si vir obiurgās. De
linquentes et enī obiurg assenti digni ipsa
obiurgatiōis gr̄a fuissent. Sed cū in do
ctrina atq; silentio sit meritū tāta diuer
sitas: vt sciri facile nō possit: vtrū ex audi
toris: an ex eius vicio qui doctrine locū
videt tenere docēdi sermo subtrahat: qd̄
aliud nobis q̄ seruare sp̄ in rebus dubijs
hūilitas iubet vt et qū loqui possumus nō
extollamur: ne fortasse hec ipsa locutiōis
nre gratia nō nobis sed auditoribus no
stris collata sit. Et rursus quando loqui
non possumus: hi qui nobis cōmissi sunt
minime nos iudicēt: ne fortasse non ex
nostro sed ex peccato audientiū loqui mi
nime possumus. Adhuc ergo nobis cun
cta de meritīs nostris incerta sūt: vt vnā
certam gratiā teneamus humilitatē qua

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ten⁹ ⁊ nos cuz loqmur ex om̄ipotētis dei dono hoc esse nostrū meritū putemus: et quādo a locutiōe doctrine obmutescim⁹: quāuis nostra culpa sit: vos tamē hanc esse vestrā specialiter credatis: vt dñi vicis sim mala nobis tribuim⁹ ⁊ bona alijs: per ipsam humilitatis gratiā fiat: vt doct: in sermo qui ablatu fuerat redeat. Seq̄t.

Cum autē locutus fuero tibi apies os tuū ⁊ loqueris ad eos. Hec dicit dñs de⁹: qui audit au- diat: ⁊ qui quiescit quiescat: qz domus exasperans est.]

Sepe quidā verbū dei audire desiderāt sed dñi alios conspiciūt aurē auertere etiā ipsi a salutis auditu deuiāt. Et plerumqz multi quiescere appetūt: atqz cūctis mūdi huius actib⁹ vacare nullis iam desiderijs terrenis succūberet: sed dñi vidēt alios in quiete agendo ꝑficere: atqz in hoc mūdo diuitijs ⁊ honorib⁹ extollit: quia necdum in via rectitudis firmi sunt: ad praua opera ex alioꝝ exemplo dilabūt. Hinc est em̄ qz in typo infirmantiū psalmista loq̄s dicebat. Mei autē pene moti sunt pedes mei pene effusi sūt gressus mei: qz zelatus sum in peccatorib⁹ pacē peccatorū videns. ps. 72. Hinc iterū dicit: Duz superbit impius incendit pauper. ps. 9. Hinc ad hieremiā prophetā voce dom̄ica de iudea ⁊ israel dicit: Nunquid vidisti que fecerit aduersarij abiecit semetipsam sup omnē montē excellens ⁊ sup omne lignū frondosus ⁊ fornicata est ibi ⁊ dixi cū fecisset hec om̄ia ad me cōuertere et nō est reuerſa. Hierem. 4. Abi itari subdit qualiter ex emulatiōe eius iudea cecidit que stare videbat. Hic em̄: Et vidit ꝑ uaricatricis foror eius iuda ꝑ eo qz mecha ra esset aduersarij israel dimissit eam et dedit eam ei libellū repudij: ⁊ nō timuit ꝑ uaricatricis iuda foror eius: sed abiit ⁊ fornicata est etiā ipsa. Ecce misericors deus cōtempnitur ⁊ vocat: aduersantib⁹ se sicut nū misericors die aperit: quia peccati dicit

Ad me cōuertere ⁊ tamen nō est cōuersa. Sed quia om̄ipotentē deū plebs israelitica deseruit: reuertit nōlēs: libellū repudij accepit. Deseruit videlicet peccādo: sed libellū repudij accepit in suis iniquitatibus sine flagello remanēdo. Ania enim que peccat recedit: sed si eaz post peccatū ꝑsperitas sequit: nulla disciplina: nulla districtiōis increpatio reuocat: ad cor in diuisionē quā inter se ⁊ dñm fecit. Etiam libellū repudij accipit: vt iā velut alienā derelicta faciat mala que vult zelū dei flagella nō sentiat: quaten⁹ ad eterna supplicia profundius descēdat. Sed foror eius iuda quoniam dimissā israeliticā plebē in suis voluptatibus vidit: ipsa quoqz in immūdia fornicatiōis exarsit. Quia enim aspexit adulterā in sua peruersitate flozere: etiā ipsa non timuit deterius peccare: atqz a cōiunctiōe dñi quasi a viri legitimi cubili recedere. An̄ necesse est vt peccātes quosqz tūc cōsiderem⁹ amplius misericeros: quāto eos cōspicimus in culpa sua sine flagello derelictos. Hinc em̄ ꝑ salomonē dicit: Auersio paruuloz interficiet eos: ⁊ ꝑsperitas stultoꝝ ꝑdet illos. ꝑro uerb. 1. Qui em̄ a deo auertit ⁊ ꝑsperat tanto perditōi fit ꝑrimus: quāto a zelo discipline inuenit alien⁹. Dicit ergo.

Qui audit audiat: ⁊ q̄ qui quiescit quiescat: quia domus exasperans est.]

Ac si aperte diceret: Vos qui iam ⁊ verba veritatis audire ⁊ a praua cepistis actione quiescere: nolite illos imitari quozum me exasperari morib⁹ videtis. Quōd tamē ⁊ intelligere aliter possum⁹. Quidā em̄ verbū audiētes non audiūt: quoniam aurē ad sacrū eloquiū ponūt: sed cor: a mūdi desiderijs nō euellūt. Et sunt nōnulli q̄ scētes minie quiescūt: quia a prauis quidē actibus ociosi sunt corpe: sed peruersitate operū ex delectatiōe versant in mēte. Hinc est eniz qd̄ de iudea ad captiuitatē peruenientē scriptū est. Viderūt eam hostes ⁊ deriserūt sabbata eius. Treno. 1.

Hofes quispe sabbata derident: quādo maligni spiritus ociose mētē prauas cogitationes inieciūt: vt si quiescit ab ope: nō quiescat a maloz operū delectatiōe. Reserte ḡ nūc dicif: Qui audit audiat: quatenus sic fiat sermo in aure corporis: vt sonet in aure cordis. Et qui quiescit quiescat. Et prauitatis desideria repellant a cogitatiōe: cū iam repulsa vident ab opere. Vbi ne maloz sicut diximus exempla sequamur: adiungit. Quia dom⁹ exasperans est. Mali autē et si diu tolerant subitō corrūt: et eoz penas infirmi cōspiciūt. ne quoz culpas: impunitas existimāt imitent. Unde hic quoq; eiusdē iudee desolatio subiungit: q; domus exasperās vocat: cū prius pphete suo dñs dicit.

Et tu fili hominis sume tibi laterē et pones eū coram te: et describes ciuitatē hierusalē: et ordinarabis aduersus eam obsidiōnē et edificabis munitiōes et cōportabis aggerē: et dabis contra eā castra: et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginē ferream et pone eam murū ferreū inter te et ciuitatē: et obfirmabis faciem tuam ad eam: et erit in obsidiōnē: et circūdabis eam signū est domus israhel.]

In quibus videlicet verbis quid aliud iuxta hystoriā: nisi hierosolymē vrbis obsessio atq; destructio designat: et peccatoris populi afflictio exprimit: qui dom⁹ exasperans vocat: cum aperte dicitur: Ordinarabis aduersus eam obsidiōnē: et edificabis munitiōes et cōportabis aggerē: et dabis cōtra eam castra: et pones arietes in gyro. Sed quia verba ppheticē sic plerūq; narrant hystoriā: vt per hāc etiā mystica describāt: oportet vt hec eadē dicta que ptilimus hystorialiter: etiā spiritaliter videramus: maxime quia in eis in

terponit quod teneri posse ad litterā non videt cum dicif. Et tu sume tibi sartaginē ferreā: et pones eam murū ferreū inter te et ciuitatē: et obfirmabis faciem tuā ad eā et erit in obsidiōnē. Hīc est rebus hystoricis mystica myscerent: quid sartago ferrea necessaria pphete fuit: vt hanc inter se et ciuitatē poneret: quaten⁹ se ab eius obsidiōne separaret. Cum em̄ dicif: Sume tibi sartaginē ferreā: et pones eā murum ferreū inter te et ciuitatē: aperte declarat: quia per eandē sartaginē ferreā ab obsidiōne ciuitatis ppheta se liberū redat. Unde et quod pdixit subiungit. Obfirmabis faciem tuā ad eam: et erit in obsidiōnē. Ex qua re ostendit: q; ppheta in eadē obsidiōne nō erit si sartaginē ferreā int se et ciuitatē murū ferreū ponit. Et certe siue in ea captiuitate que prius: siue in ea que postmodū israelitico populo cōtingit nullus ab eiusdē captiuitatis periculo liber fuit: sed omnes simul par calamitas inuoluit. Quid ergo intelligi iuxta litteram potest: vt ppheta inter se et ciuitatē que obsidenda est sartaginē ferreā ponat. Sed quāuis omne hoc qd in descriptiōe lateris ob signū alis sub signo hierosolymoz ciuitatis legit iuxta litterā factū sit. Nobis tamen sciendū est: quia typicū aliquid per sartaginē figurat: sed et obsessio hierosolymoz vera describit. Ex qua re instrumur: vt dū aliud cōpletū iuxta hystoriā scimus: et aliud iuxta allegoriā a ratione vacare cognoscim⁹: i sacro verbo vtraq; teneamus: qñs et obsessiōnē hierosolymoz que iuxta lras postmodū facta est: in pphete verbis et factis credam⁹ esse figuratā: et tñ p eādē obsidiōnē obsidio alia: id est interior designat. In qua iure querimus quid per sartaginē ferreā que murus ferreus dicit valeat designari. Illā itaq; obsidiōnē qua hierosolymoz ciuitas destructa est iam factā nouimus: sed nūc aliā intrinsecus que quotidie agit requiram⁹. De qua per significatiōnē dicet.

Et tu fili hominis sume tibi

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

laterē ⁊ pones eū coram te ⁊ de-
scribes in eo ciuitatē hierusalē.

Sed ante nobis inquirendū est: cur eze-
chiel ppheta vel quotiēs sublimia cōspi-
cit: vel quotiēs aliqua agere mystica iu-
bet: prius filius hominis appellat. Sepe
enī subleuat ad celestia: ⁊ occultis atq;
inuisibilibus rebus eius mēs pascit. Ne-
cesse ergo est vt iter occulta que penetrat
filius hominis vocet: vt semper agnoscat
qđ est: ⁊ nunq̄ extollat de his ad que dū-
cit. Quid est enī pphete ad spiritalia sub-
leuatū semp fili hominis dicere: nisi eū in-
firmitatis pprie memorē facere: vt cōscis-
us cōditionis infirmi eleuari in cogitatio-
ne nō debeat de magnitudine cōtempla-
tiōis sue. Quia vero idē propheta vt su-
pra iā diximus typū predicantiū vel doc-
torū tenet. Recte ei nūc dicit.

**Sume tibi laterē ⁊ pone euz
coram te.]**

Omnis etenī doctor cū terrenū quē pi-
am auditorū ad celestis verbi doctrinā su-
scipit laterē assumit. Cui dū loqui ceperit
que sit retributio celestis patrie: que visio
pacis superne: ciuitatē hierusalē describit
in latere quē corā se ponit. Quia intentā
mente qualitatē audiētis cōsiderat: id est
pfectū vel defectu aspicit: ⁊ iuxta eius in-
telligentiā predicatiōis sue verba moderat:
vt describi in audiētis mente ciuitas
hierusalē: id est visio pacis possit. Dicat
ergo. Sume tibi laterē videlicet proximi
cor terrenū pones eū corā te scilicet vt et
vitā atq; intellectū illius intēta mente cu-
stodias. Et describes in eo ciuitatē hieru-
salē: vt ei que sint superne patrie gaudia
de visione pacis innotescas. Quasi enī iā
hierusalē in latere descripta est cū terrē-
na mēs ceperit que sint illa interne pacis
gaudia vera cognoscere: ⁊ ad conspicien-
dam gloriā patrie celestis anhelare. Quia
si in terra als in terna visio pacis describitur:
quādo mēa que prius terrena sapue-
rat: per amorē iam ad cōtemplandā glo-
riā regni celestis eleuat. Sed mox vt ant-

mus amare celestia ceperit: mox vt ad vi-
sionem pacis intime tora se intentiōe col-
ligerit: antiqu⁹ ille aduersarius qui de ce-
lo lapsus est inuidet: ⁊ insidiari ampli⁹ in-
cepit: ⁊ acriores quā cōsueuerat tempta-
tiōes admouet. Ita vt plerūq; sic resisten-
tē animā temptet: sicut ante nūq̄ tempta-
uerat quādo possidebat. Unde scriptū est
Fili accedēs ad seruitutē dei: sta in iusti-
cia ⁊ timore: ⁊ ppara animā tuam ad tem-
ptationē. Eccl. 2. Unde ⁊ demoniacus q̄
a dño sanāt ab exēte demone discerpit si-
cut scriptū est. Et clamans ⁊ multū discer-
pēs eū exiit ab eo. Mar. 9. Quid est enī
qđ eb'essū hominē antiqu⁹ hostis quē pos-
sessum nō discerpserat deserēdo discerpit
nisi qđ plerūq; dū de corde expellit: acro-
res in eo temptatiōes generat: qđ prius ex-
citauerat quādo hoc quietus possidebat.
Unde israelite quoq; ad moysen ⁊ aaron
dicit. Videat dñs ⁊ iudicet quoniā fetes
re fecistis odorē nostrū corā pharaone et
seruis eius: ⁊ p'buistis ei gladiū vt occide-
ret nos. Exod. 5. In moyse enī ⁊ aaron
lex ⁊ pphete figurate sunt. Et sepe apud
se infirmus anim⁹ quasi cōtra sacra eloq̄a
murmurat: quia postq̄ verba celestia au-
dire ⁊ sequi ceperit: regis egyptij aduer-
sus: id est maligni spūs temptatio exeres-
cit. Debet ergo vigilāter doctor p'ficiē-
ti anima que illā temptatiōes sequant̄ in-
notescere: vt cauta se valeat p'tra maligni
spiritus insidias p'parare. Unde bene nūc
post descriptā ciuitatē hierusalē in latere
dicit prophete.

**Et ordinabis aduersus eam
obsidionē ⁊ edificabis munitio-
nes ⁊ cōportabis aggerē.**

In qđā enī iam pacis visio describit: ei
necesse est vt temptatiōis bella nunciemur.
Nam vt valeat ad illa pacis gaudia
eterna peringere: hanc hic proculdubio
oportet tribulationū certamina multa sus-
sistere. De qua bene dicit.

**Ordinabis aduersus eam ob-
sidionem.]**

Predicator quippe cōtra erudendā animā obsidionē ordinat: cum p̄monendo indicat: quibus se modis vicia virtutibus opponant: quomō luxuria castitatē feriat qualiter ira tranquillitatē anie perturbet quantū inepta leticia a vigore mentis resoluat: qualiter multiloquiū munitiōem cordis destruat: quomodo inuidia charitatē interficiat: quēadmodū superbia arcentem humilitatis effodiat: qualiter fallacia cū veritatē in sermone corrumperit: hāc etiā in cogitatiōe corrumperit: vt qui verū dicere noluit qd̄ intellexit: iam nec intelligat quod dicere valeat. Ordinat ergo a predicatorē obsidio: cū per sancte admōnitiōis verba singulis quibusq; virtutibus q̄ vel q̄bus modis vicia insidiet ostēdit. Et contra hierusalē quā descripsit in latere p̄dicator munitiōes edificat: quādo mala quēq; q̄ munita cōtra mentē veniant demonstrat: vt si se vicia sub virtutū specie abscondat: quatenus sicut sepe iaz dixim⁹ immoderata ira iusticia videri appetit: et discipline remissio māsuetudo videtur velle: et tenacia sese parsimonia nominet: et inordinata rerū effusio se beniuolentiam appellet. Quasi em̄ edificate cōtra mentē munitiōes sunt: quando vicia sub virtutū specie excrescūt et in alto se ostendūt per imaginē: que in imo iacet semper per actionē. Adhuc quoq; addit.

Et comportabis aggerem.]

Quomodo em̄ mens desiderare celestia cepit: eo in illā maligni spirit⁹ temptatiōibus suis terrenas ampli⁹ cogitationes exaggerat. Propheta ergo aggerē cōportat: cū predicator sanctus bonis mētibus qualiter terrena desideria surripere solent denunciāt. Atq; adhuc addit.

Et dabis contra eam castra et pones arietes in gyro.]

Quasi dat contra animā doctōr castra: quādo maligno ⁊ spiritūū indica eā collectas atq; adunatas insidias contra vt ali quādo non solūmodo ex vno sed ex conuētis vicijs simul temptet. Nam sunt que

dam vicia quasi per quādā sibi cognatōnē propinqua. Sicut dissolutio spiritus appetitus gula: et immūdicia luxurie. Sicut multiloquiū fallacia atq; periuriū. Ex dissolutiōe quippe spiritus mēs ad ingluuiē ventris rapit. Et dum cibis vter extēdit: ad luxuriā caro trahit superbiēdo captiua. Et reuersus ex multiloquiā fallacia generat. Quia valde difficile est: vt qui multa loquitur: non etiā mentatur. Et sepe mendaciū etiā periurio regit: vt ante humana iudicia veletur. Superbia quoq; esse sine inuidia atq; inani gloriā nullaten⁹ potest. Superbus etēū quisq; honorē quez ipse ambit: alijs inuidet. Et cum hūc fortasse obtinuerit: in elationem glorie temporalis attollit: atq; quod alios conspiciat minime percipere potuisse: hoc se per inanē gloriā pre ceteris putat habere. Sciendū quoq; est: quia sepe nonnulla vicia ad mentē nisi simul veniūt: sed superponūt vt vnū alteri in temptatiōe succedat et aliud cōtra faciem venit aliud vero in temptatiōe se ex latere subijcit: quatenus dū alteri resistit: ab altero mens decipiat capiat. Ipsa em̄ que superius dixim⁹ vicia plerūq; se alia pro alijs furtiue superponūt. Sicut nonnunquā dum iram vincere in nobis in et ipis conamur: plus q̄ necesse est lenitas mentē occupat: vt asperitatē peccātibus quā oportet minime proponat. Sepe vero dū nobis incauta lenitas displicet: zelus se in furorē trahit: atq; extra paciētie limitē animū captiuū rapit. Quia ergo permixta simul vicia atq; adūata cōtra mentē veniūt: recte in predicatoris ore cōtra descriptā. Hierusalē castra proponūt. Et quia aliquādo singula hinc inde sensum ferūt: in gyro arietes ordinant. Pponit ergo predicator arietes in gyro dū caute denunciāt: q̄ blande luxuria percutit: q̄ aspere in paciētia occidit: quā laboriose auaricia accēdit et interimit: q̄ tumide superbia extinguit. In gyro itaq; arietes ponere: est predicādo ostendere qui vndiq; soleāt animā micro nes vicio ⁊ erire. Sequit.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielam

Et tu sume tibi sartagine[m] ferream et pones eam muru[m] ferreum inter te et ciuitate[m].

Quia ferru[m] forte metallu[m] est: et in sartagine cibis frigit. Quid per sartagine[m] ferrea[m]: nisi spiritualis zeli fortis frixura signatur. Omnis quippe spiritualis zelus doctoris anima[m] frigit: quia valde cruciatu[m] d[omi]ni in firmos quosq[ue] eterna deserere: et rebus te poralibus delectari co[m]p[er]it. Quia bene paulus sartagine[m] ferream sumpserat: cu[m] zelo animaru[m] cruciatus dicebat. Quis infirmas et ego non infirmos quis scandalizans et ego non viciosa? 2. Corinth. 12. Ip[s]um suu[m] cor quod animaru[m] zelus succederat quid aliud quam sartagine[m] fecerat: in qua amore virtutu[m] contra vitia ardebat. Quod enim vrebatur sartago erat inardescere enim et coquebat: quia incendebatur amaritudine zeli contra vitia: sed alimenta preparabat ex sua assecta cogitatio[n]e. Sed quid est quod eandem sartagine[m] propheta intra se et ciuitate[m] muru[m] ferreu[m] ponit: nisi quod idem fortis zelus qui nunc in mente doctoris agit: in die extremi iudicij inter eu[m] et anima[m] qua[m] a vicijis zelus testis est. Et si audire is qui docet noluerit: doctor tamen pro zelo que exhibet de auditoris negligetia reus non sit. Muru[m] ergo ferreu[m] inter se et ciuitate[m] ponit: quia vltimo tempore inde doctor ad dampnationis periculo[m] munus: vnde nunc per zelu[m] custodie cordis frixura[m] patit. Nullu[m] quippe omnipotenti deo tale est sacrificiu[m] quale est zelus animaru[m]. Hinc enim psalmista ait: Zelus domus tue comedit me. ps. 68. Quatu[m] enim frixura cordis que spirituali zelo agit: omnipotentem d[omi]num placat aperte ostendit: cu[m] offerri per lege[m] similia in sacrificiu[m] iubet. De qua scriptu[m] est. In sartagine oleo co[m]persa friget: offeratq[ue] eam calidam in odore suauissimu[m] d[omi]no sacerdos qui patri iure successerit et tota cremabit in altari. Leuit. 6. Tunc enim similia in sartagine frigit: cu[m] munda mens iusti per zeli sancti ardore[m] cremat. Que co[m]pergi oleo precipit: id est caritati misericordie misericordie

que in co[m]spectu omnipotentis d[omi]ni ardet et lucet. Conspicit ergo oleo mens que in sartagine frigit. Quia in sancti zeli districtio[n]e necesse est vt ex misericordie virtute et ardeat et clarescat. Amat enim eundem ip[s]um quem insequi videat. Unde et calida in odore suauissimu[m] donio offerri precipit: quia si amore zelus non habet ea que de sartagine offerri calorem similia amittit. Et notandum quis eam offerre precipit: videlicet sacerdos qui patri iure successerit: qui esse se omnipotentis d[omi]ni filiu[m] moribus demonstrat: atq[ue] a nobilitate intima operu[m] suoru[m] ignobilitate non discrepat. Que in altari tota cremari precipit: vt videlicet holocaustu[m] fiat. Holocaustu[m] enim totum incensum dicitur. Unde et in translatio[n]e altera in hoc loco hec eadem similia: que in sartagine frigitur holocaustum fieri iubet. Hoc autem inter holocaustu[m] et sacrificiu[m] distat: quia omne quide[m] holocaustu[m] sacrificiu[m] est non omne sacrificiu[m] holocaustu[m]. Sunt enim multa bona que aguntur sacrificia: sed holocaustu[m] non sunt: quia tota[m] mentem in amore spirituali minime incendunt. Qui enim sic operantur ea que vel sunt: vt tamen et quedam que sunt seculi non relinquunt: nimiru[m] sacrificiu[m] et non holocaustu[m] offerunt. Qui autem cuncta que mundi sunt deserunt: et tota[m] mentem igne diuini amoris accendunt: hi nimiru[m] omnia[m] potenti d[omi]no sacrificiu[m] et holocaustu[m] sunt. Similia itaq[ue] in sartagine est munda mens iusti in zeli spiritualis afflictio[n]e: que per sollicitudine[m] animaru[m] frigit: et non solu[m] sacrificiu[m]: sed etiam holocaustu[m] donio esse deputat. Sumamus ergo sartagine[m] ferream: et ponamus eam muru[m] ferreu[m] inter nos et ciuitate[m]: id est assumamus zelu[m] forte[m] vt inter nos et auditoris nostri anima[m] inueniamus: hanc postmodu[m] forte[m] munitione[m]. Tunc enim hunc muru[m] ferreu[m] inuenturi sumus: si nunc eum fortiter tenemus: videlicet docendo custodiendo: suadendo: increpando: mulcendo: terrendo: aliquando leniter: aliquando vero etiam seuerius agendo. De qua recte seueritate subditur.

Et obfirmabis faciē tuam ad eā ⁊ erit in obsidione.

Quid est obfirmare faciē ab iherusalem in latere descriptā nisi vt ei anime cui celestis pacis visionē doctor denūciat: si ad huc eam infirmari in suis actibus conspiciat: remissiorē ⁊ clemētorē se minime ostēdat. vnde scriptū est. Illi tibi sunt serua corpus illarum ⁊ nō ostendas hilarē faciē tuā ad illas. Infirmē quippe aīe atq; ad appetitū mūdi deditē aliquādo meli⁹ ex seueritate seruānt vt obfirmata facies: id est p seueritatis custodias ab omni spe frivole remissionis abducta inconstantes animam terreat atq; a delectatione vitiorum districtiōis rigore cōstringat. Quis cum a doctore agitur semper, necesse ē vt dulcedo ⁊ humilitas ī corde teneat: qua tenus ⁊ multum amet ⁊ nunq̄ contra eū per elationē superbiat: cui tamen amorē suū ⁊ humilitatem pro vtilitate eius p dere recusat. Sequitur.

Et circūdabis eam.

Circūdat doctor auditoris animā: cum in omne quod in hac vita agitur: temptationum laqueos apponi posse denūciat vt dum vbiq; sit mens pauida vbiq; circūspecta quāto timidior tanto vigilantior tuat. Sequit̄.

Signum est domus israel.

Si ad historiaz obsidionis que iuxta litteram facta est. signuz est dom⁹ israel qd propheta fecit. Si vero ad ministeriū qd quotidie erga vniuscuiusq; animā a doctore agit: signuz est dom⁹ israel ⁊ hoc qd egit ⁊ hoc qd agendū nunciavit. Quia si cur domus israel obsidionē corporaliter pertulit: ita vnaqueq; anima que iam scire omnipotenti deo incipit: obsidentes se in fidias malignoz spiritū sentit. a quibus si vere eripi appetit: scire debet quia eripi sua virtute non possit: sed eius necesse est vt adiutorium speret: qui nos ⁊ in carne corruptibili viuentes per redemptionis sue mysterium, potest etiam super spirit⁹

qui sunt sine carne roborare Iesus christ⁹ dominus noster. Qui viuit ⁊ regnat cum patre in vnitāte spiritus sancti de⁹. Per omnia secula seculozum Amen.

Omeliarum beati Gregorij pape super Ezechieles liber primus finit feliciter.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Incipit prefatio Omeliaruz
bri Gregorij pape libri secūdi.

Quia multis curis premē-
rib⁹ Ezechielis pphete
librū coraz charitate v̄ra
totū p ordinem pscrutari
nō licuit: bonis vestris de
siderijs placuit petere: vt
salte extrema ei⁹ visio q̄ ei facta est de edf
ficio in mōte p̄stituto: q̄ r cūctis est visio:
nib⁹ eius obscurior: exponi debuisset. Et
quidē volūtati vestre me parere necesse ē
sz duo sunt q̄ hac in re p̄turbāt aīm meū.
Anū q̄ hec eadē visio tante obscuritatis
nebulis regit: vt vix in ea aliqd̄ intellectu
interlucēte videat. Aliud q̄ iā Aguilfuz
lōgobardozū regē ad obfidiōnē nostrā sūr-
moge festinantē padum transisse cognoui-
